in prima parte.q.xij.ar.vi. Ꝙ ma-
gnitudinem charitatis vie ſequitur
in patria magnitudo luminis glie.
Et magnitudinē luminis glorie:ſe-
quitur intimior vnio et viſio diuine
eſſentie:et quāto intimius videł de
us et vnitur alicui intellectui: tanto
plura ⁊ intenſius ſciet ds ea ꝗ relu-
cent in deo.et ꝑ ꝯñs maior delecta-
tio ſeq̄tur et maius gaudiū. Chari-
tas eñ ſinū cordis p̄mo aperit/ id ē
capaciorē reddit. ¶ Sexto cha
ritas facit ꝙ diligentibus deū omia
cooperanł in bonū. Roma.viij. Dis
celū eſt p̄miū. infern⁹ a pctīs prohi
bitoriū:⁊ ſilr limbus ⁊ purgatoriuʒ
bona tp̄alia ſuſtētamentū: et oīs ad
uerſitas/lucrū ꝑ patientie meritum
qꝛ dicit Gre.nulla nocebit aduerſi-
tas ſi nulla dñeł iniq̄tas. Nulla eñ
prudēti pōt adeſſe mala fortuna. qꝛ
vt dicit Boeti. de ꝯſola. In ptāte ei⁹
eſt aduerſis bene vti vt ꝓſperis. Se
ptimo in via facit oē opus leue: Iu
gū enī(inquit xp̄s)meū ſuaue eſt/ et
onus meū leue. Math.xi.īmo finis
p̄cepti eſt charitas.p̄ma thimo.p̄mo
G Tertio qualiter cadat dilectio
dei ſup oīa ſub p̄cepto vidēdū ē. Ubi
notādū ꝓut elicił ex varijs dictis:
ſcʒ tho.et alioꝝ videł ꝙ tripl̄r dile-
ctio dei intelligił p̄cepta. Prio pla
cabiliter ſeu fauorabiliť. Scđo ordi
nabiliť. Tertio appreciabiliť. Pri-
mo debet diligi placabiliter ſup oīa
ſic ꝙ velis deo bonū/et cōplacētiaʒ
in hoc habeas ſine relatione ipi⁹ in
qđcūqꝫ aliud bonū. Pro cui⁹ ītelle
ctu notāda ſūt aliq̄. Primo q̄d ſit di
ligere? Rñdeł ſm pbm ī retho. Eſt
alicui bonū velle: vt diligere hoīem
eſt ſibi bonū velle. Scđo q̄d ſit homī
bonū? Rñdet phs.i.ethico.et.x. Fe-
licitas ſua/virtutes/⁊ ſcie.⁊ hec nūs
ꝗ̄ ob ſūt ſibi quātū eſt de ſe. ſilr ⁊ bo
na tp̄alia/et mala pene deſeruiētia
ad v̄tutes. H Tertio nota ꝙ du
plex eſt dilectio in hoīb⁹. q̄dam ꝯcu
piſcentie ꝗ vtilitatis nr̄e grā eſt: pu
ta cū aliquis diligit aliquā rē pp ſe
diligentē.et ſic diligimus aſinū/ ca-
prā/cibū/⁊ ſilia: qꝛ vtilia nobis ad
honorem/ad delectationē/vel ad cō
modū nr̄m:⁊ tali dilectōe diligit hō
ſe p̄ncipaliť nō aliꝰ. Alia ē dilectio
amicitie puta cū ds diligit aliquem
hoīeʒ pp ipʒ dilectū hoīem:vt cū ds
videt aliquē ſapiētē/v̄tuoſū/⁊ hmōi
et ſibi iſta vult ineſſe ⁊ complacet in
eis:diligit eum dilectione amicitie.

Quarto nota ꝙ ꝓprie deo nichil bo
num eſt:niſi id quod ipſe eſt / videlʒ
ꝙ eſt oīpotēs:oīſciens: miſericordiſ
ſimus /patientiſſimus / ditiſſimꝰ /et
ſimilia. Nā ieiunare/orare/virtutes
acquirere/vicia vitare:non ſunt deo
bona:licet corā nobis ei ſint honori
fica.qꝛ bonoꝝ noſtroꝝ non indiget:
ſed nobis prefata bona ſunt.et ꝑ ea
corā nobis glorificatur pater qui in
celis eſt.Ex quo patet quid ſit deuʒ
ſuper oīa diligere.qꝛ ſibi bonū velle
videlʒ meditari velle et cōplacentiā
habere ꝙ eſt oīpotēs/ſapiētiſſimus
optimus/ꝛ ſimilia.Et ſic amamꝰ ſe-
cūdo amore videlʒ amicitie nō ꝓpꝫ
aliud/nec relatiue ad aliud.nō autē
diligere debemus eū pmo amore ſci
licet cōcupiſcētie/videlʒ vt velimus
ſibi bonū maxime:qꝛ nob dona dat:
qꝛ tunc nos plus diligeremꝰ. Unde
ber.li.i.de diligēdo deū:abſqꝫ intui
tu premiſ/diligēdus eſt deus. verus
enī amor in ſeipſo contentus eſt.Et
iteꝝ:licet deus ſit abſqꝫ intuitu pmiſ
diligendus/nō tn̄ abſqꝫ premio dili
gitur.Unde quāto quis purius dili
git deū propter ſe/et quāto minꝰ ha
bet reſpectū ad ſe diligentē:tāto deo
dilectio plus placet/et amplius ho-
mo meretur.Rō aūt quare ſic diligē
debemus deū ꝓpter ſe eſt. Prima:
qꝛ niſi ſic tunc nō diligeremꝰ eū no-
biliori modo ꝙ diligimus equū/aſi-
num.ꝛc̄.quibus bonū volumꝰ ꝓpꝫ
nos.Itē naturaliter mater filio vult
bonū ſepe ſine oī reſpectu vtilitatis
ꝓprie:vt ī caſu quo filiꝰ iuuenis mo
reretur:ergo plus tenemur deo.Itē
idē patet in amicis veriſ/ad quos exi
gitur vt nō diligāt vtilitatis aut de-
lectatiōis gratia/ſed amicū ꝓpte ſe:
Itē experiētia eſt ꝙ quis diligit ꝓ-
pter ſe eū quē nūꝙ videbit vltra ma
re exiſtentē.vt ſi audis de probo mi-
lite in armis ꝛ virtutibꝰ:vis ſibi bo-
nū et cōplacētiam habes in eo: licet
nulla vtilitas tibi īde ſeqꝛeṫ. Cur ꝗ
nō diligeremus deū ꝓpter ſe ſine oī
reſpectu ad aliud ab eo. Ex quo pꝫ
ꝙ multū merētur qui dei ꝑfectiōes
ſepe meditando ꝯſiderāt: ꝛ corde ſi-
bi in hoc cōplaceant.Optimus eniʒ
actus eſt diligere deū. I ¶ Hic
querit̄ pmo.an deuʒ diligere poſſim
vt det michi vitā eternā/ ſeu celum?
Rn̄deṫ nō:ſed ꝑ plura opa alia deo
ſeruire poſſumꝰ ꝓpter vitā eternā.
Nā differūt ſuire deo/ꝛ diligē:ſicut
genꝰ ꝛ ſpecies. Un̄ opa bona debeo
facere plura ꝛ conari īplere alia pre
cepta/ꝛ alia: ꝓpter vitā eternā.quia
opera talia bona:ſunt vie ad celū.ſʒ
diligere deū non debeo/vt vitā eter-
nā michi donet.qꝛ ſic ordinarē deuʒ
in creaturā/et in vtilitatem meā:qꝺ
illicitū eſt.Tum qꝛ hoc eſſet vti fruē
dis:qꝺ nunꝙ licet vt dic̄ Augu.i.de
doctrina xp̄iana.Tū qꝛ ſic me pꝛīci
paliter quererē.Tū etiā:qꝛ deterio-
ra,debēt eſſe gratia melioꝝ ſm pħm
in polit.qꝺ hic non fieret.Scd̄o q̄riṫ
poſſum ne diligē deū ꝓpter bn̄ficia
q̄ michi dedit? Rn̄dit tho.ſcd̄a ſcd̄e
q.xxvij.ar.iij.Si li ꝓpter dicat cām
finalē non debeo.qꝛ ſic vterer eo.Si
āt dicat cāʒ occaſionalē/vł motiuā:
poſſuʒ.ſʒ illꝺ pſ̄. Inclinaui cor meū pſ̄. 118.
ad faci. iuſtifi.tu.in eternū ꝓpter re
tributionē.Bn̄ficia enī que deus no
bis dedit:velut facule nos accēdere
debent ad deū diligendū ꝛ occaſio-
nem p̄ſtare.Hec autem q̄ſtio ſicut et
precedēs et ſiſes:aut nunꝙ/aut cau
te debent p̄dicari ſecularibus. K
¶ Tertio q̄ritur cur tam durū appa
ret ſecularibus deū a nobis nō debē
diligi ꝓpter bn̄ficia? Rn̄ſio ſʒ Guil.
pariſien̄.li.de virtutibꝰ.Hoc faciunt
carētia doctoꝝ realiū/ꝛ ignorātia ſe
culariū q̄ ꝓuenit ex eo ꝙ ſe querunt
nō que dei ſunt/qꝺ caritas dei nō fa
cit:ſed dilectio curua.Querunt eniʒ
hoīes nimis terrena/honores/diui-
tias/ꝛ ſiſia.que lʒ ſint minima bona
tn̄ in eis cōtentant̄.Similes pueris
qui in piro plus amorē figūt:ꝙ in to
ta domo.Cōtra hunc modū diligen
di deū peccāt directe quidā pctōres
qui vellēt ꝙ deus non noſceret pctā

coꝛum/vel vt ſibi peccata coꝝ place
pš.49. rent.cōtra quos in p̄s dicit dn̄s.Exi
ſtimaſti inique ꝙ ero tui ſimilis.ar=
guam te ⁊ ſtatuā cōtra faciē tuā.ta=
les enī vellent deū non eſſe oīſcientē
vel ſumme bonū.Et hoc eſt deū vel=
le nō eſſe deū.qꝛ ſcientia ſua eſt deuſ
met. L ¶Secundo cōtra hoc fa
ciunt odientes deū.vellēt enī eū nō
eſſe iuſtū punientē īmo triſtāť ꝙ iu=
ſtus eſt vt faciūt etiā damnati.Dicit
autē Tho.ij.ſcđe.q.xxxiiij.ꝙ odire
deū inter oīa pctā grauius eſt.quia
in eo per ſe eſt auerſio ab incōmuta=
bili bono:in aliis autē eſt auerſio ꝑ
accidens.Vnde lꝫ deus clare viſus a
nullo poſſit odiri:qꝛ ſic in eo nec ap=
parēs/nec verū malū videreť:tamē
oditur a malis viſus in ſuis effecti=
bus/videlꝫ punitionis.Sicut enī vi
dens per croceū vitrū pulchꝛū hoīeꝫ
iudicat pulchꝛū ⁊ bn̄ coloꝛatū hoīeꝫ
pallidū vel croceū eſſe:ſic ꝑuerſi per
penas a deo īflictas eū iudicāt cru=
pš.54. delem.ſꝫ illđ p̄s. Superecidit ignis
(ſcꝫ pctī et maloꝝ effectuū)⁊ non vi
derūt ſolē. M ¶Scđo p̄ceptū
de diligēdo deū ſuꝑ omīa debet fieri
oꝛdinabiliter.ſic videlꝫ ꝙ nos ⁊ oīa
noſtra in deū referamꝰ ⁊ in ſuā glo=
riā vltimate:ita ꝙ quicqđ diligimꝰ/
volumꝰ/agimus ꝓpter deū et eius
gloriā diligamus/agamꝰ/et omitta
mus.qꝛ tūc ī oībꝰ rebꝰ plꝰ diligimꝰ
deū ꝙ̄ res ip̄as:qn̄ ſuā gl̄iaꝫ ī oībus
q̄rimꝰ vltīate qꝛ ꝓpť qđ vnūqđqꝫ ta
le ⁊ ip̄ꝫ magis.i.poſte. N ¶Et
ſcđm hoc intelligi debet p̄ceptū.Di
Mat.22.d. lige dn̄ꝫ.⁊c̄. Qđ breuius ⁊ clarꝰ ſic
Mar.10.b. exponit Tho.tractatu de ꝑfectione
Lu.10. ſpūalis vite.Et eſt mēs ſctī Aug.li.
.i.de doctrina xp̄i.Nam dilectio eſt
actus volūtatis que ſignificať ꝑ coꝛ.
qꝛ ſicut coꝛ eſt p̄ncipiū materiale oīꝫ
motuū coꝛpoꝛaliū/ita voluntas q̄tū
ad intētionem finis vltimi q̄ eſt obie
ctū caritatis eſt p̄ncipiū oīm actuuꝫ
quarūcunqꝫ potētiaꝝ q̄ mouentur a
volūtate.He autē ſunt tres/ſcꝫ ītel=
lectus q̄ ſignificať per mētē.Vis ap

petitiua īferioꝛ q̄ ſignificať hic ꝑ ani
mā.vn̄ ſm eā dicimur agere vitā ani
malē.Et vis executiua exterioꝛ que
ſignificať ꝑ foꝛtitudinē ſiue v̄tuteꝫ/
ſiue vires.Precipiť ḡ nobis ꝙ tota
noſtra ītētio ferať in deū:ſic ꝙ omīa
actu vel habitu in deū referantur ſi=
cut in finē.Qđ īpletur cū aliqs vitā
ſuā ad dei ſuiciū oꝛdinat.⁊ per cōſe=
quēs oīa que ꝓpter ſeip̄m agit:vir=
tualiter oꝛdināť ī deū.niſi ſint talia
que a deo abducant ſicut pctā.Et ſic
diligiť deus ex toto coꝛde. Scđo vt
ītellectus noſter totaliť ſubdať deo:
ſic ꝙ hō credat ea q̄ diuinitꝰ traduntť
ſm illud.ij.coꝛinth.x.In captiuita=
tem redigētes omnē ītellectū in ob=
ſequiū xp̄i. Et etiā in meditatis dei
ꝑfectionibus ei talia īeſſe velimus ⁊
oīa memoꝛata alia ſcꝫ bn̄ficia in deū
oꝛdinemus.Et hoc eſt tota mēte di=
ligere.Tertio vt appetitus nr̄ infe=
rioꝛ reguletur ſm deū.Et quecunqꝫ
homo amat/ſperat/⁊ ſic de aliis paſ
ſionibus in deo amet:vniuerſaliter
omnē affectionē ad dei dilectionē re
ferens nō in voluptates carnis.Et q̄
ſic perdit animā ſuā in vitā eternam
cuſtodit eā.Io.xij.Et hoc eſt ex tota
aīa diligere.Quarto vt oīa exterio=
ra noſtra v̄ba ⁊ oꝑa ex diuina carita
te deriuētur:⁊ in dei honoꝛē dirigāť
ſm illud.i.coꝛin.vlt.Oīa oꝑa veſtra
in caritate fiant. Et ſic diligitur deꝰ
ex tota foꝛtitudine.⁊ talis perfectio
deū diligendi cadit ſub p̄cepto. Qꝛ
autē oīa ſint in deū referēda et ſuuꝫ
honoꝛē.patet.i.Coꝛīth.x.Siue mā=
ducatis:ſiue bibitꝭ/ſiue q̄d aliud fa=
ciatis oīa in gloꝛiā dei facite:vt in oī
bus honoꝛificeť deus.Sic enī fit de
bita recōpēſa deo:qui oīa in nos oꝛ
dinauit.vt dic̄ magr̄ in.ij.diſt.i:Qꝛ
.i.coꝛin.iij.Oīa nr̄a ſunt.ius id do=
cet naturale vt cuiꝰ eſt arboꝛ vľ ager
eius etiā totus ſit fructus.Sed totū
qđ ſumus ⁊ poſſumus:⁊ a deo acce
pimus/⁊ dei propꝛiū eſt.ergo fructꝰ
opeꝝ noſtroꝝ deo cedere debēt. Sꝫ
per talia deo nullā vtilitatē adiicere

pſ.15. poſſumus. Cū ſm pſ. Bonoꝝ nroꝝ
nō idigeat. ideo oportet vt ad eius fi
ant honorē. Itē cuiuſlibet veri ſerui
oīa opa cedūt dño lege ciuili. ſed dei
ſerui ſumus per oīa: a quo/animam
corpus ⁊ res: ⁊ quicquid in illis bo=
ni cōtinet habemꝰ: ergo noſtra opa
dei honori ſeruire iuſtiſſimū eſt. No
tandū tñ ꝙ ꝗuis oīa ſint in deū ordi
nanda vltimate: nō tñ de neceſſitate
ſunt oīa imediate ⁊ in ſolū deū ordi=
nāda. Quia ſunt multi fines adīui=
cē ſubordinati: in quos res recte or=
dinari pñt: vltimate tñ totū ē in deū
ordinandū. Exempli grā: comedere
debes vt viuas non ecōuerſo. viuere
vt opa licita facias ad q̄ creatus es.
O pari bene vt vitā eternā habeas.
q̄ ſunt vidē deū btīfice et eo frui. ⁊ vi
tā eternā habere/nō ꝓpter cōmodū
ꝓpriū vltimate: ſed proptꝰ gloriā dei
q̄ ibi plus exercet. O ¶ Sȝ q̄ri
tur. Cū nō debeā deū diligere ꝓpter
vitā etnā ex pma expōne: poſſuȝ ne
alia bona opa facē ꝑter deū dilige=
re/videlȝ deū laudare/orare/ ieiuna
re/ ⁊ ſimilia ꝓpter acq̄rēdam vitam
eternā? Rñdet ꝙ ſic: rō ē. q2 oīa pre=
enumerata opa bona vie nō ſunt for
maliter dei dilectio ſȝ effectꝰ dilectio
nis. dilectio enī dei facit quē deū co
lere/orare/ ſctificare ſabbatū/multa
ꝑcepta ſuare/et ſilia. Et talia tanꝙ
minus bona ordinant in maius bo
nū/ ſcȝ in vitā eternā: videlȝ in dei vi
ſionē clarā ⁊ dilectionē: ⁊ hic eſt re=
ctus ordo. P ¶ Scdo q̄rit an
ad bonitatē actuū nroꝝ req̄rat vt qs
actualiter tendat p res ꝑnoīatas in
deū ordine tacto? Rñdet ꝙ nō opor
tet actualiter ſic tēdere: ſȝ vt actꝰ nri
ſint vere boni ſufficit ⁊ req̄rit vt ca=
dāt ſup debitā materiā: ⁊ vt als ſint
bñ circūſtātionati: ⁊ ꝙ referantur in
deū actualit vl vtualit. tñ quāto plꝰ
qs actu ī deū referret: tāto plus me=
reretur. Sicut mercator ad remotaȝ
terrā paruā rē portās lucrat plus ꝙ
alter cū equali re ī ꝓpīquo manēs.
Oportet enī ad minꝰ hominē taliter
eſſe diſpoſitū in aīo per habitū acq̄ſi
tum ex actualibꝰ relationibꝰ ī deū:
aut per habitū infuſuȝ/aut per gene
ralem ītentionē faciēdi oīa propter
deū: ꝙ ſi ſe reſolueret ⁊ actualit co=
gitaret de deo ⁊ de relatiōe in ipȝ ſta
tim referret in eū. Exēplū in ſimili.
Pater amat filiū propter quē ditan
dum mercatur/circūit maria/terras
perābulat/nō ſemp actualit talia or
dinās in filij ditationē: ſed ſufficit ꝙ
labores ꝑnoīati imperati ſint aliqñ
a dilectiōe filij cuiꝰ imperij vtus ma
net in ſequētibꝰ. Simile de volenti
ire romā: nō oportet ꝙ in itinē pere
grinus talis ſemp actu cogitet de fi=
ne ſcȝ de roma: ſed mediāte vna ciui
tate attingit aliā/ ⁊ ſic eſt in ꝓpoſito.
Q ¶ Tertio queritur an ad hoc
ꝙ actus noſtri ſint boni moralit vel
meritorie exigatur ꝙ a caritate ſeu a
dilectiōe dei icipiant/et terminētur/
originentur/et ordinētur? Rñdet ꝙ
ſic. Nā ꝙ oriri oporteat a dilectōne
dei: ptȝ per Augu. in de ſpū. et lrā. d
Nā eſt fructus bonꝰ q̄ de radice cari
tatis non ſurgit. Caritas aūt eſt dei
dilectio ex acquiſito habitu vel infu=
ſo procedēs. Q2 etiam nullꝰ actus
ſit bonus moraliter niſi imediate tē
dat in deū: vt dei dilectio priario ex=
poſita vel immediate tēdat per alia
opera in deū vt finaliter: patet p Au
guſt. de ciuitate dei. lib. xix. vbi dicit
nullas eſſe vras vtutes ſi in deum fi
naliter non referātur. Ex quibus pa
tet neceſſariū fore actus noſtros ori
ginari et terminari a deo in deū. ver
bi gratia. Ad hoc ꝙ dilectio tua vel
proximi ſit bona moralit: exigitur
vt dei dilectio ſit cauſa dilectiōis ꝓ=
ximi et ꝙ proximū diligas finaliter
propter deum. Sic de elemoſina et
de alijs. Sed vt ſint opera noſtra
etiam meritoria oportet vt ex infu=
ſa dilectione procedant/videlicet ex
caritatis habitu. i. Corinth. xiij.

¶ Capitulum quintum de errore
multiplici circa dilectionē. ⁊ q̄mō poſ
ſunt cognoſci pctā mortalia. A

Ontra hoc preceptū
faciūt plurimi:crea=
turā ſibi pro fine ſta=
tuēdo:quā creaturā
plus deo diligunt.vt
honores/diuitias vo
luptates/ſciētiam/et
plura alia.¶ Pro cui⁹ ītellectu no
tandū ſcḋm Tho.pria ſcḋe.q.i.ꝙ ſem
per eſt aliquid in corde hoīs qḋ ho=
mo ſumme diligit/et in qḋ maxime
vitā ſuam ordinat.Et hoc dicit̄ vlti=
mus finis homīs.Et ad illud hꝫ ho
mo quaſi ſpecialit̄ faciē aīe:id eſt ſu
premā ītentionē conuerſā.Et ſi hoc
eſt deus:tunc hō eſt in ſtatu ſalutis.
et ſi ſubito moreret̄ ſaluaret̄. Si ꝯo
eſt creatura:iam eſt in ſtatu dānatio
nis. B ¶ Vn̄ regula talis a do
ctoribus ſacre theologie elicitur.Et
ſit prima.Ad noſcēdū peccata mor=
talia a venialibus:qn̄ amor vel affe
ctio ad creaturā ad ſe vel aliū tn̄ cre
ſcit/vel eſt amor tā magn⁹ ꝙ ī eo cō=
ſtituitur vltim⁹ finis/id eſt ꝙ aliqs
nec actu/nec habitu ordinat illā cre
aturā vel eius dilectionē:aut etiam
ſeipſuꝫ in deū:ſed vellet cū tali crea
tura cōtentari ⁊ nō curare deū offen
dere nec p̄ceptū eius tranſgredi ꝓ=
pter illā creaturā:eſt mortale pctm̄.
quia eſt aliqualis contēptus dei.Et
licet nō ſit formalis:tamē eſt fruitio
creature.et p̄ponitur creatura deo.
vl̄ etiā cū aliquis vellet cuꝫ creatura
hic ſemꝑ manere nō curando de bti
tudine.Licet enī non ſint rudes ſuꝑ
hoc tēptādi:tn̄ ſemꝑ talis amor eſt
pctm̄ mortale.Quando aūt aliquis
diligit creaturā pluſq̄ deberet:ſꝫ tn̄
propter hoc nollet deuꝫ offendē nec
amicitiā eius perdere:nec trāſgredi
eius preceptū:nō oportet ꝙ tunc ſit
mortale.Alia regula/ ſcḋa videlicet
ſatis cōcordans cū p̄ma eſt.ꝙ quan
do aliquid cōmittit̄ notabiliter ꝯtra
dilectionē dei:hoc eſt mortale:qn̄ nō
tunc eſt veniale.Qn̄ autē aliquid ſit
cōtra dilectionē dei poteſt attēdi pe
nes hoc qḋ repugnat caritati ⁊ ami
citie quā ad deū habere debem⁹ ſuꝑ
oīa. C ¶ Tertio mō diligend⁹
eſt deus ſuper oīa app̄ciabiliter. ſic
ꝙ tam care habeamus ⁊ app̄ciemur
deū:ꝙ propter nullā creaturā eo ca
rere vellemus:ſed oībus aliis a deo
cū eis preponim⁹.⁊ ꝙ tā firmo amo
re deo adhereamus:ꝙ ꝓpter nullā
creaturā nec propt̄ oēs ſimul aliqd
faciamus aut velim⁹ cōtrariū diui=
ne dilectioni id eſt cōtrariū dei pre=
ceptis.que enī deliberate ſiunt con=
tra diuina precepta/ſunt cōtraria di
uine dilectioni ⁊ caritati:qꝛ ſunt pec
cata mortalia que tollūt caritatē.Il
lud etiā videtur velle Sco.in.iij. di.
xxvij.vbi dicit ꝙ homo debet deum
extēſiue diligere ſuꝑ oīa:ita ꝙ nullū
aliud/nec omīa alia ſimul ſint eque
appreciabilia ſicut de⁹.ſed ꝙ omīa
alia vellet citius nō eſſe q̄ deū nō eē.
Et debet etiā intenſiue deū diligere
ſuper oīa:ita ꝙ facilius deberet īcli
nari ad cōtrariū dilectiōis cuiuſcūqꝫ
alteri⁹ q̄ ad cōtrariū dilectiōis dei.
Eſt autē ratio hoꝝ:qꝛ de⁹ eſt illa pre
cioſa margarita:quā negociator il=
le inuenit q̄ abijt ⁊ vendidit vniuer=
ſa que habuit ⁊ emit eam. Mat.xiij.
Itē cū deus īfinitus ſit in bonitate/
mīa ⁊ ſimilib⁹ attributis ītenſiue et
extēſiue:ideo pro īfinitis mūdis nō
deberet offendi. ſꝫ Aug. Cur deus.
Itē ſtultiſſimus eſſet qui ꝯtēpto the
ſauro grandi:papiliones īſequeret̄/
ſicut pueri quod tamē faciūt q̄ crea=
turā pluſq̄ deū diligunt. D ¶ Cō
tra hoc p̄ceptū faciunt quicunqꝫ in=
tuitu alicuius lucri tēporalis conſe
quendi/vt ſit in emēdo vel venden=
do.Aut delectationis vt ſit luxuriā=
do.Aut honoris/vt ſit ſuꝑbiēdo/vel
vane gloriādo:faciunt cōtra dei pre
ceptum.Tales nō diligūt deum ſuꝑ
oīa: ſꝫ diligūt creaturā plus q̄ deū.
quia ꝓpter eā plus placet eis talis
creatura:q̄ diuina voluntas in pre=
ceptis.Et appreciātur vere vel īter=
pretatiue creaturā pl⁹ q̄ deū. Unde
Aug.libro de libero arbi. diffiniens

peccatū mortale dicit. Eſt ſpreto īcō
mutabili bono: rebꝰ mutabilibꝰ ad=
herere. Vñ math.x. Qui amat p̄rē
aut matrē plus ꝙ me: non eſt me di=
gnus. aut qui amat filium aut filiā
ſuper me: non eſt me dignus. Secū=
do cōtra hoc preceptum faciunt qui
amore alicuius perſone vt Adam re
ſpectu Eue: et malo amore capti re=
ſpectu ꝑſone dilecte ne ꝑſonā talem
cōtriſtent: negligūt dei p̄ceptū/⁊ cō=
tra ipſuz faciūt dei bñplacitū nō cu=
rātes. Tertio q̄ timore alicuiꝰ ꝑſone
vt ſerui ꝓpter dños: deo obedire in
p̄ceptis omittunt: ⁊ ſic creaturā vilē
E creatori p̄cioſiſſimo preponūt. ¶ Ex
dictis patere p̄t doctorꝫ q̄dā regule
⁊ ſit tertia in ordine. Quicq̄d cōmit
titur vel omittit̄ cōtra p̄ceptū dei vel
eccleſie/vel legis nature/vel ſuꝑiorꝫ
ſi talia p̄cepta ſint de neceſſitate ſalu
tis/vel cōtra votū ſolēne/vl' priuatū/
vel cōtra iuramētū licitū: ſemꝑ ē pec
catū mortale. Quia eſt dictū/vel fa
ctū/vel cōcupitū contra legē eternā.
Sic eni diffinit Aug. ⁊ allegat ꝑ ma
giſtrū.ij.di.xxxv. Qñ vero citra tūc
nō oportet ꝙ ſit mortale. Itē patꝫ ꝙ
talia ſub dei mādatis p̄ceptiuis cōti
F nētur. ¶ Alia regula eſt quarta
videlꝫ. Qñ aliquid fit cōtra cōſcien=
tiā vere vel falſe dictantē aliq̄d eſſe
mortale: eſt mortale pctm̄ q2 eſt ſpre
to vere vel īterpretatiue incōmutabi
li bono: rebus mutabilibꝰ adherere
vt beatus Aug. diffinit pctm̄ morta
le in de libe. arbi. et eſt cōtra tertiam
expōnē/⁊ cōtra apl'ꝫ Ro.xiiij. Qui
diſcernit ſi māducauerit dānatus ē.
q2 nō eſt ex fide. glo. id eſt ſ3 cōſcien
tiā. Vñ cōſcientia erronea ligat: non
īquātū erronea: ſed īquātū cōſciētia
Itē vel qui facit ꝯ cōſcientiā formi=
dantē ꝓbabilit̄ vl' dubitatiue an ali
quid ſit mortale tūc ſemꝑ eſt morta=
le pctm̄. Qd' āt nō fit ꝯ cōſciētiā: ad
huc pōt eſſe mortale/ſi conſcīa nō ſit
ſatis īſtructa ⁊ ſufficient̄. Vñ eſt r'la
magr̄alis. Dubitās de aliq̄ an ſit illi
citū/et ſtante dubio illud agēs pec=
cat. Sed hāc regulā exponit Cancel.
pariſieñ. Joh. de gerſono tractatu de
pollutione vna cū Guilhel. altiſſio. di=
cens. Intelligēdam eſſe de dubio ta=
li quod eſt vehemens/et magꝭ aut eq̄
ſaltem inducit mentē credere ꝙ mor=
tale eſt illicitum: ſicut ꝙ eſt licitum.
Imo Albertus adhuc facilior eſt. Se=
cus eſt vbi mens plus inclinatur ⁊ iu
dicat quod eſt licitū ꝙ illicitū: quāuis
nō habeat vſquaq3 certitudinē eui
dentem aut fixā. q2 nec hocipſum re=
quiritur. Itē cancel. in de vita anime
dicit iſtā regulā ſic. Exponēs ſe diſcri
mini peccati mortalis: peccat morta=
liter: debere intelligi non de omni du
bio: ſed de ꝓbabili et vehemēti. Pro
batur per illud eccl'iaſt.iij. Qui amat
periculū: peribit in illo. Exemplū po
nitur de ſcienter ponēte ſe dormiturū
prope ſerpētes: qui ſe periculo cōmit
tit intoxicationis. Pro intellectu ta=
liū ſunt notāde regule.xiij. quas po=
nit in diuerſis locis Cācel. in floribꝰ
regularū moraliū. Et li.iiij de conſo=
latione theologie. Prima: Equitas
quā nomīat phs epykeiā prepōderat
iuris rigori. Eſt autē equitas iuſtitia
penſatis omnibus circūſtantijs par=
ticularibus/dulcore miſericordie tē=
perata. hoc intellexit qui dixit. Ipſe
etiam leges cupiunt vt iure regātur.
Et ſapiens. Noli eſſe iuſtus nimis.
alioquin ſumma iuſtitia ſumma iniu
ſtitia fit. Et pſ. Omnia mādata tua ps. 118.
equitas. dei ſcilicet id eſt cū eq̄tate pē
ſanda. Secūda Ambulādū eſt in via
virtutū doctrina via regia. vt nec ſtri
ctius fiat dei mandatū/nec latius ꝙ
ipſe mādauerit. quāuis inde ſumere
poſſint aliqui aut malicie velamē aut
econtra in deſperationē corruere. nō
tamē oībus pro omni tempore et lo=
co predicandaz aſſerimus quanlibet
veritatē. Tertia Bonarū mentiū eſt
ibi agnoſcere culpā: vbi culpa nō eſt.
Agnoſcere inquaz non per aſſenſum
firmū. hoc enī ſtultū ꝑiculoſumq3 fo=
ret: ſed ſic vt doleat/aut peniteat ho=
mo poſtmodū quaſi veraciter iā cul=

pa teneretur/hoc intelligitur de pre-
teritis. Ratio dicti eſt quia certiſſimū
eſt ꝙ ſine dei gratia damnati ſumus.
Et ꝙ nullus oīmode certus eſt ſe eſſe
in gratia: nichilqꝫ noſtruꝫ eſt/et a no-
bis niſi peccata. Quarta. Loquendo
de futuris agibilibus/vel credibilibꝰ
non reputetur culpa vbi culpa nō eſt.
alioquin cauſaret erronea cōſcientia
hic. ꝯ quā ſi aliqd attēptetur fieri: iaꝫ
culpa eſt ſi fluctuet animus. Quinta:
Sub hac dubitatione fluctuās velut
ad vtrumlibet neſciens quid acturus
ſit: cōſilium eſt vt non agat. qꝛ expo-
neret ſe diſcrimini quo caſu certū ha-
beat ꝙ peccet. Sexta. Si vis qcꝙ ſe-
curus agere certꝰ ſis illud eſſe bonū/
neqꝫ virtuti cōtrariū. Sed refert qua
certitudine. ſufficit nempe certitudo
moralis que eſt īfima: nec exigit̄ ſcḋa
certitudo ſupnaturalis q̄ eſt nobiliſſi
ma clare euidentie ꝑ quā videt̄ deus in
gloria. nec ꝓpħalis reuelatio vt ī ꝓ-
phetie dono. nec adherentie que diui
ne auctoritati innititur vt in articulis
fidei/ꝛ ſacre ſcripture. nec tertia cer-
titudo exigitur naturalis que habet̄
ex demōſtratione vt prima principia.
Eſt autē moralis ſiue ciuilis certitu-
do que tangitur ab Ariſtotele in pnci
pio ethicoꝝ. cuius ſentētia eſt. Diſci-
plinati eſſe in vnaquaqꝫ re certitudi-
nem querere inꝫ exigētiam materie.
Eque enī vicioſum eſt (īquit) perſua-
dētem q̄rere mathematicā: et mora-
lem demōſtrare. Non eñ ꝯſurgit cer
titudo moralis ex euidētia demōſtra
tionis: ſed ex ꝓbabilibus cōiecturis
groſſis et figuralibus magꝭ ad vnam
partem ꝙ̄ ad alterā: hec certitudo mo
ralis ſufficit: vt vel non ſis in peccato
dū facis quod in te eſt/ id eſt dū bene
vteris donis iā habitis: aut ſaltē pec
catū nō incurris nouū per temeritatē
Exēpli gratia in celebrando. Orta ē
eñ ex diligētia tua preparatiōis excu
ſatio. Septima rl'a. Certitudo mora-
lis per doctrinā colligitur altero triū
modoꝝ/quoꝝ vnus prouenit ex alte-
rius auctoritate. Alius ex ꝓpria eru-
ditiōe. Tertius ab experimētali cer
titudine. Sub primo viuūt īſipiētes
et animales: qui aūt nō habent cla-
ram ſue ꝯplexionis armoniā vl' aliā
gratiā gratis datā/qua faciliter cōci
piūtur agēda ab eis qui ſcripturas
ītelligūt. vt Aug. Tales ab aliis re-
cipere habent ītelligētiā ſcripturaꝝ
ꝛ aliis credere ꝛ obedire litteratiorī
bus. Sub ſcḋo ſunt ꝓficiētes et rō-
nales: qui ꝓuenīūt ſcꝫ ex ꝓpꝛia eru
d'tione/ꝛ oritur hic modus nutrit̄qꝫ
ex ſtudioſa ꝑſcrutatiōe diuinorū mā
datoꝝ in ſacra ſcriptura cōtentoꝝ q̄
legi debēt puro fideli/ꝛ integro cor
de. Sub tertio ſunt ꝑfecti ꝛ ſpūales
ſcꝫ ſub experimētali cōſuetudine. de
qbus Apl's. Spiritalis hō oīa iudi 1. cori. 2
cat: et ipſe a nemine iudicat̄. Et ali-
bi dicit̄. Nichil dulcius ꝙ̄ reſpicē in Eccl. 23
mādatis dei. habētes eñ virtutū ha
bitus: ex eiſdē inclinātur ad recte iu
dicādum de agibilibꝰ coꝝ/nō ex ha
bitu ſcientie ſolū: ſed ex naturali vir
tutis īclinatiōe. Puto ꝙ religionuꝫ
īſtituendaꝝ pncipalis cauſa fuit au-
ctoritas regiminis: cui obediētia ꝓ-
ſtaretur plus ꝙ̄ ꝓpē rationi/que ī
plurimis dubia eſt valde et debilis/
et īcerta. Humana eñ agibilia tantā
habent variabilitatē (dicēte Ariſto-
tele. ꝛ teſte expꝛientia) vt vſu magꝭ ꝙ̄
arte cōſtare videantur. Octaua eſt.
Certitudo moralis nō ſemꝑ ſcrupu
los oēs abiicit: ſufficit tñ vt cōtēnat
vel ſuperet ſic opando: quaſi nō ſint.
Eſt aūt ſcrupulꝰ in ꝓpoſito: vacilla-
tio ſeu dubitatio quedā cōſurgēs cū
formidine ex aliqbus cōiecturis de-
bilibus ꝛ incertis: alioqn ſi ex vehe-
mētibus argumētis et ꝓbabiliori-
bus pro hac pte ꝙ̄ pro altera dubita
tio cōſurgeret: iam nō ſcrupulus ſo-
lus vel leuis dubitatio cū trepidatio
ne dici oportet: ſed moralis de tranſ
greſſiōe certitudo. Nona rl'a eſt Mo
ralis certitudo non pōt ſub vna rl'a
tradi: que ſufficiat in omni caſu con
ſcientiā agētis reddere ſecurā ſe nō
deliquiſſe. Jd ex euētu rerū ppendi

ſepius ſolet.propterea cōſtitute ſunt
in figura tres ciuitates refugij.fides/
ſpes/caritas.cōtinentes lauacrū pe-
nitentie/⁊ īmunitatis aſilū:quatenus
pax cōturbata per ea q̄ ſe feciſſe for-
midat homo:reformetur.Decima re
gula eſt. Oīs agēs cōtra ꝯſciaꝫ edifi
cat ad gehēnā/ſi conſciētia ſit fixa ꝙ
id qđ agitur eſt mortale:vł veniale ſo
lum:quantū eſt ex parte vniꝰ circūſtā
tie que eſt facere cōtra conſcientiā: ſi
cōſciētia iudicet illud ſolū eſſe venia-
le. Undecima.Exponere ſe periculo
peccati mortalis:eſt peccatū morta-
le.Uel ſic agere incertū/et dimittere
certū in materia morali:eſt pctm̄ mor
tale/ſi tale ſit incertū ꝙ ſit mortale nō
ſolū per coniecturas leues aut ex ſu-
ſpitiōe trepida aut ſcrupuloſa proue-
niente ex nimio timore cadēdi in via
dei.ſed intelligitur dūm tale eſt vehe
menter et ꝓbabiliter incertū eque ſi
cut oppoſitū vel magis/tunc enī illđ
quod agitur nō carebit mortali culpa
aliter nō oportet. Jdem dicit Altiſio.
Albertus adhuc eſt benignior ī libro
de homine:vbi ſic querit. Utrū cōſciē
tia ſemꝑ obligat ad faciendū? Rñdet
ſine preiudicio loquendo dicimus ꝙ
nō obligat ad faciendū:niſi ſit vt opi-
natum/vel vt creditum/vel vt ſcitum
illud quod eſt in cōſciētia.Et tūc obli
gat:ſiue cōſcientia ſit erronea ſiue nō
erronea. Nō autē obligat ſecundum
eandē:ſi eſt vt dubitatū/aut vt ambi-
guum. Duodecima regula eſt. Conſi
lium ſalubre eſt frequēter agere con-
tra ſcrupuloſos leues ⁊ trepidos/ci-
tando eos ad aliorū iudiciū:quatenꝰ
ex cōſuetudine fiat homo robuſtꝰ/ſo
lidus/⁊ trāquillus in exercitio ſpūa-
li.Exemplū in domificatoribus ⁊ fun
dibularijs.Tredecima. Jn nullo ca-
ſu eſt ꝑplexus aliquis inter duo pctā
quin ei pateat exitus abſq̧ nouo pctō
Nā ſi iurauerat quiſpiā ſe occiſurum
Petrū innocentē:nō occidat eū:ipſe
nō peccauit nouiter.ſed iam peccaue
rat iurando.Si autē dictet ſibi cōſcīa
erronea ꝙ Petrus innocēs eſt ſtatī
occidendus ab eo:dimittat hanc con
ſcientiā et liberatus eſt.Si poſtremo
incidant duo p̄cepta incōpoſſibilia ex
culpa ſua:agat id quod de ſe eſt ma-
gis obligatoriū ⁊ a nouo pctō īmunis
exiſtet. ¶ Dubia plura hic occurrūt. b
Primo qn̄ hō teneatur diligere deū
ſuꝑ oīa. Rñ.ꝙ nō ſemꝑ ⁊ pro ſemper
qꝛ eſt p̄ceptuꝫ affirmatiuū.Rō eſt. qꝛ
actualiter deū diligere ſemꝑ eſſet im-
poſſibile ꝓpter humanā infirmitatē/
neceſſitatē/et ꝓpter multa īpedimē
ta.Dicit tamē Sco.in.iij.di.xxxvij.ꝙ
ad actualiter implendū obligat die-
bus feſtiuis:ita ꝙ oī die feſtiuo et po
tiſſime dñicis diebus ⁊ in p̄ncipalibꝰ
feſtis teneatur homo ſe recolligere/
et deum ſuꝑ oīa actualiter diligere vt
patebit de ſanctificatione ſabbati cla
rius.Et lꝫ ꝓtunc teneatur ex p̄cepto:
tamē oī momēto tenetur peccata vi-
tare/et bene agere.Et forte nimis in
chriſtianū eſſet ſiue foret nō quotidie
de mane ſaltē aliqualiter cor ad deuꝫ
ꝯuertere.Et q̄uis p̄peditus legitime
excuſetur de audiētia miſſe īterdum
die dñico:tamē nunq̄ videtur q̄s ex-
cuſari/quin in die tali teneat̄ deū dili
gere ſuꝑ oīa.qꝛ ſolo corde īpleri pōt.
Uñ dicī Sco.in.iij.di.xxvij.ſi aliq̄ ne-
ceſſitas excuſat ab executiōe audien-
tie miſſe dñico die:neceſſe eſt ſupple-
re in aliq̄ equalēte vt ſaltē die illo de-
putato in ſpēali cultui diuino aliquis
actꝰ habeat̄ relatꝰ īmediate ī deū ad
eius reuerentiā ¶ Dubitat̄ ſcđo an h
p̄ceptū hoc de dilectione/in via poſſit
īpleri a nobis? Rñ.ſꝫ Tho.ī li.de ꝑ-
fectiōe ſpūalis vite.Triplex eſt ḡdus
deū diligēdi. Primꝰ vt diligat̄ quā-
tum diligibilis eſt.et hic a ſolo deo at
tingit̄.Rō qꝛ ſimpliciter īfinite bonꝰ
diligibilis ⁊ amabilis eſt.et ſic nec in
patria a creatura quacunq̧ diligitur.
Scđs vt diligat̄ deus ſꝫm totā virtu-
tem alicuius diligētis/et ſic ſolum in
patria a nobis perficietur. Et ad hoc
hic ſuſpirare debemus. Jbi enim oīa
nr̄a/ſcꝫ cor id eſt ītentio.Mens id eſt
ītellectus.Anima/id eſt omīs noſter

appetitus:et fortitudo/ id eſt exterio
ra nr̄a:totalr̄ in deū ferent̄ dilectiue.
Tertius gradus eſt deū diligendi:ſi-
cut expoſitū eſt tripl̄r hoc p̄ceptū: et
I ſic in via impleri poteſt. ¶ Dubitat̄
tertio:an deū plus amare deberes ſi
ꝓ te ſolo mūdū creaſſet/ redemiſſet/
et glorificaturus eſſet te ſolū ī patria
et nō alijs vel ꝓ alijs hec faceret vel
factur⁹ eſſet? R̄ndet Hugo.li.ſolilo-
quij ſui vbi hō cū ſua aīa loq̄tur. Im-
īmo plus q: plura ſic ſingulis ꝯtulit
Nā aīa dicit. Ecce vnice dilectū ⁊ ele
ctū diligo. Sȝ hanc huius dilectōnis
mee iniuriā patior ꝙ ſolū diligēs:ſo-
la nō amor. vbi r̄ndet hō. Caue aīa ne
(qđ abſit) nō ſpōſa:ſȝ meretrix dicarꝭ/
ſi munera dātis/id ē dei bn̄ficia pluſ-
ꝗ amātꝭ affectū diligas. Et poſt hoc
oñdit ꝙ tria velut arras q̄ſdā q̄lȝ aīa
a deo ſpōſo ſuo recepit. Primo q̄daȝ
cōiter. Scđo q̄dā ſpecial̄r. Tertio q̄-
dā ſingularit̄. Cōiter vt celū et t̄ram
et eoꝝ ornatū q̊ p̄ticipāt piſces/aues
et beſtie. Special̄r ītellectū/ mēoriā/
volūtatē/dominiū t̄re/redēptionē in
paſſione/⁊ glorificationē. Singulari
ter vero ꝙ in vtero mortuus nō fuiſti
ꝙ peccantē te expectauit: pn̄iam de-
dit:⁊ īnumerabilia alia. Cōia finalit̄
de⁹ pp̄ te creauit.q̊ licet de⁹ amet/pl⁹
tñ te:q: in tuū obſequiū: q̊ ſi de⁹ non
creaſſet:quot oblectamētis careres?
Specialia pp̄ ſe in via fecit. vt p̄ ſocie
tatē ſine qua nulli⁹ boni iocūda ē poſ
ſeſſio p̄ ꝓximos hoīes haberes. In
patria vero quot indicibilib⁹ careres
gaudijs ſi ſola ſaluareris? Plus ꝗ ti
bi cōtulit alia diligēdo:ꝗ ſi ſola ama
reris. Nec putes diſtrahi deū:q̊ infi-
nitus nō minus te diligit/plures dili
i.cor.3. gendo. Oīa enī vt ait apl̄s nr̄a ſunt.
K Hec eſt ſn̄ia ibi Hugonis. ¶ Quar
to videndū eſt ꝗ rationabile ſit deum
diligere ſup̄ oīa/ et quare teneamur.
Primo quia ſimpliciter ſūme bonus
eſt/immo bonitas ip̄a: ⁊ ſic eſt ama-
bilis infinite et deſiderabilis. ideo ſi
poſſibile eſſet infinite a nobis diligē
dus foret. Unde Bern̄. de diligendo
deū In qualibet alia affectiōe nr̄a oȝ
ſeruare moduȝ/et terminū cōſtituere
vltra quē aſcendēdo fieret affectio vi
tuperabilis:vt p̄tȝ de dormitione ⁊ vi
gilia. gaudio ⁊ triſtitia:et ſic de ſimili
bus aīe paſſionib⁹. In dilectione aūt
dei p̄ quā maxime attingimus finem
nr̄m vltimū:non poteſt eſſe exceſſus.
Item naturale eſt vt bonū diligat̄/et
melius amplius .·ergo optimū ſūme
diligendū eſt:demonſtratio enī natu
ralis iſta ē. Et hec ſcilicet bonitas di
uina debet eē finis ⁊ cā noſtre dilecti
onis:ſed oīa q̊ in ſequentibus dicent̄
debent eſſe occaſiones ⁊ cauſe efficiē
tes:āmonētes nos vt deū pp̄ ſeip̄m fi
naliter diligamus. Et ꝓpter hoc ſo-
lum quia bonus eſt. Secūda ratio q:
ipſe prior dilexit nos/et pluſꝗ noſip-
ſos diligamus:q: ſȝ Auguſt. de ca-
thecizandis rudibus. Nulla maior ē
ad amorē inuitatio ꝗ preuenire amā
tem. Et nimis durus eſt qui preimpē
dentē dilectionem reamare negligit:
dilexit enī nos deus infinite p̄fectus
miſeros:dilexit eternaliter:dilexit ne
ſcientes et reſiſtentes. Ephe.ij. De⁹
cū diues eſſet in mīa: pp̄ nimiā chari
tatē ſuā q̊ dilexit nos/et cū eēm⁹ mor
tui pctīs:ꝯuiuificauit nos in xp̄o. Cu
ius gr̄a ſaluati eſtis. Joh.iij. Sic de⁹
dilexit mundū:vt filiū ſuū vnigenitū
daret:vt oīs qui credit in eū nō pere-
at:ſȝ habeat vitā eternā. Tertia ratio
Q: pater noſter eſt ampli⁹ ꝗ paren-
tes carnis:eo ꝙ deus nos ⁊ parentes
creauit vt dicit Damaſc.li.i.c.xv. Uñ
cū naturale ſit ius ⁊ diuinū/parentes
diligere:plus deum tenemur dilige-
re. Perpendamus ꝗta bn̄ficia cōtu-
lit in ſingulis mēbris corp̄is ⁊ poten
tijs aīe:de quibus ſi oculis priuati a
medico gratis reſtitutionem recipere
mus:grati valde eſſem⁹ ei. Unde pl⁹
ei dilectio exhibenda eſt qui totū cor
pus dedit. Quarta.q: noſter guber-
nator.regit enī/fouet/⁊ ꝓtegit. mul-
tum diligit̄ rex optime regens : ergo
ſumme diligat̄ qui celū terrāq̧ ⁊ om
nia elementa optimo ordine regit,ꝓ-

pter homines electos potiſſime. Ro.
viii. Scimus quoniam diligentibus
deū omnia cooperantur in bonū. Nā
ſm Aug. Deus mala fieri non ſine-
ret: niſi meliora inde elicere ſciret. Itē
multū diligitur paterfamilias qui re
gendo cibaria et neceſſaria miniſtra-
ret: plus ergo diligendus eſt qui pro
pter noſtrum cōmodū omīa creauit.
1.Cor.3. Omnia eñ ſm apl̄m noſtra ſunt. An
geli nunc miniſtrando: tandem in pa
tria colletando: mala etiam propter
nos in bonū vertuntur: magnū bene
ficiū quod generalem influentiā no-
bis et aliis propter nos irradiat / quā
ſm Grego. ſi ad inſtans ſubtraheret:
in nichilū omnia fluerent. Quīta. qr
noſter redemptor eſt. Quanta eñ no
bis bona in hoc contulit qui eramus
in captiuitate diaboli: morti ef ne ad
dicti: precio carentes redemptionis:
quos per filium ſuū vnigenitum / di-
lectiſſimū ſibi / per eius vitam perfe-
ctiſſimā / per mortem / crucem qꝫ rede
mit. Qui (Roñ. viii) proprio filio ſuo
non pepercit: ſed pro nobis omnibuſ
tradidit illum. Et quāuis omnia dei
beneficia ſint īnumerabilia multitu-
dine / et ineſtiabilia magnitudine cre
bro pre oculis cordis tenēda ſunt ve
lut ſcintille diuine charitatis ad nos
calefaciendum apta. Ea tamen q̄ mo
riendo pertulit: tanq̄ ingēs ignis de
bent nos maxime mouere ad deū di-
ligendum. Sexta. quia ſuam preſen-
tiam veriſſime quotidie in eucariſtie
ſacramento / cū īmmolatur: porrigit.
paratus nos exaudire amplius q̄ ſi
oculis videremus directe corporeis.
Jo.20. Beati inquit qui non viderunt / et cre
diderūt. Ait eñ de hoc. Ego vobiſcū
ſum vſqꝫ ad conſūmationē ſcl'i. math.
vlti. Septimo: qr promiſit ſe diligē-
tibus premiū inexcogitabile. Quia
Joh. xiiii. Si quis diligit me ſermo-
nē meū ſeruabit et pater meus dili-
get eum / et ad eum veniemus / ꝛ man
ſionem apud eum faciemus: qd̄ erit ī
patria perfectiſſime.

Capitulū. vi. de ſeruitute dei / et
veneratione ſanctorum.

Quarto hic mandat nobis
ſeruitus deo exhibenda a A
noſtro corpore. Hoc eī xp̄s
oſtendit cum dixit Math. iiii. Domi-
nū deum tuū adorabis / et illi ſoli ſer-
uies. Ubi primo videndum de ratio-
ne ſeruitutis corporalis: quā deo te-
nemur. et quot ſint quibus corporali
ter deo ſeruire debemus. Scd̄o cur il
la facere debemus: et quando. Ter-
tio qui contra hoc faciunt. Quo ad p̄
mū notandum q̄ ſm hiero. in primo
mandato precipitur latria / id eſt ſer-
uitus / adoratio ſeu reuerentia / et ho-
nor deo ſoli exhibenda. Et hoc fit cor
de p fidem / ſpem / et charitatem. Sed
corpore fit ſicut in precedenti cap̄. di-
ctum eſt. Rebus vero aliis per plura
alia. Et de tali dicit Tho. ſecūda ſcd̄e
queſt. lxxxv. q̄ adoratio duplex eſt.
Una interior in vera mentis deuotio
ne. Alia exterior in corporis exhibiti
one: que fit alicui tanq̄ ſupremo om-
niū domino: ꝛ talis cultus eſt ſoli deo
debitus. quia deus eſt ſummus no-
ſter dominus / rex et pater ratiōe crea
tionis. Unde in recognitionē noſtre
ſubiectionis ad talem dominū: ei ob
ſequia exhibere tenemur corporalia.
Sicut et ſerui dominis tēporalibus
corporaliter ſeruiunt: et etiam reuerē
tiam eis faciunt corporalem. Et hoc
tangitur Malach. i. Si ego pater ve-
ſter: vbi honor meus? patris eñ eſt p
ducere ꝛ gubernare. Unde apl's Ro.
xii. Exhibeatis corpora veſtra hoſtiā
ſanctā / viuentem / deo placentem / ra-
tionabile obſequiū veſtrū. Exhi- B
betur autē reuerentia et honor ac ſer
uitus deo a noſtro corpore multiplici
ter per geſtus. Quidam ſunt cōmu-
nes. Alii quibuſdam ſpeciales. Com
munes ſunt inclinatio capitis. Ora-
tio: vel laus dei vocalis. Pectoris tū
ſio per manū. Dorſi inclinatio. Genu
flectio. Ambulatio ad loca ſctā. To-
tius carnis maceratio p ieiuniū eccle
ſie ꝛ toti⁹ corporis pſtratio. Uel ma-

nuū ad modū crucis extēſio. Fletꝰ et gemitus: ac his ſimilia: que deo reuerenī exhiberi poſſunt in recognitōnē vr̄is ſui dominij. Sed notandū ꝙ taliū geſtuū quidam fiūt cōīter ī eccl'ia vel in publico. et talibus reuereri debemus in publico. Quia de hoc mat. v. dr̄. Sic luceat lux veſtra corā hoībꝰ vt videāt opa veſtra bona ⁊ glorificēt patrē veſtrū qui in celis eſt. Alia vero licet ſint ſigna humilitatis ⁊ dei obſequia: tamen ſi nō ſolent fieri a multis deuotis in publico: debent fieri ſolū in ſecreto: vt ſunt manuū ad modum crucis expanſio. Magna pectoris tūſio. Et de his dr̄ Math. vi. Tu autem cū oraueris itra in cubiculū ⁊c. Nā ſm Glo. ſup illud Math. xvij. Hoc genus demoniorū non eijcit: niſi in ieiunio / et orōne. Oratio hic capit̄ ꝓ talibus geſtibus / qbus deo ſeruimꝰ / ⁊ eiſ mediantibus ꝯtinue oramus. Alij geſtus corporis ſunt quibuſdam deuotis ſpeciales. vt criniū abſciſio. Oculorū ad celū leuatio. Auriū ad dei verba vel laudes attentio. Nariū in hoſpitalibus corā infirmis fetidis afflictio. Oīm ſex operū miſericordie exhibitio. Quia qð minimo feciſtis: michi feciſtis. Math. xxv. Lingue p abſtinentiā aliquorū delectabiliū licitorū cruciatio. Veſtiū durarū induitio: quibus tactus affligit̄. Et p caſtitatē cōiugalē / vidualem / ac virgineā corporis ſui īmolatio. Talia eñ corpori obſeqa deo exhibere debemꝰ. ¶ Sꝫ diceres / poſſumus ne talibꝰ ſctōs venerari? Rñð. ꝙ ſic ſaltem quo ad aliqua. aliter tamen ꝙ̄ deū veneramur: talia eñ debemus deo exhibere in recognitionē vr̄is ſui dominij. ⁊ tl̄is honor iſto modo nullatenus exhibēdus eſt ſanctis: ſed eoſdē geſtus aliquos ſaltem exhibere poſſumus ſanctis tā ꝙ̄ dei amicis: quorū reſpectu ſumꝰ inferiores q̄ ſunt dn̄i noſtri: ſed non pn̄cipales potentes nos iuuare. Ubi notandū ꝙ venerari ſeu adorare poſſumus aliqua tripliciter. Latria / dulia et ipdulia. vt declarat Tho. in. iij. diſ. ix. Et cōmuniter doctores ibidē. Latria idē eſt ꝙ ſeruitus deo exhibita: ⁊ poteſt fieri vel potuit licite his videlꝫ Trinitati perſonarū diuinarū. Tribus angelis quos abrahā vidit. Coſlūbe ſup xp̄m apparenti. Uoci paterne. Scripture ſacre verbis inq̄ꝛtum a deo ꝓceſſerunt. Humanitati xp̄i deo vnite. Cruci xp̄i. Imagini xp̄i. Sacramēto eukariſtie. Ueſtimētis. Clauis et lancee xp̄i. Dulia vero ſeruitus eſt exhibita creature ⁊ veneratio q̄ honorare poſſumus hec / videlicet angelū Animā beatam: beatā virginem / imaginem vtriuſqꝫ. Corpus alicuius ſancti canoniſati / ꝑſerti ⁊ publice. Pulueres eiuſdem / oſſa / talos / veſtes / vngues / et ſimilia cōtrectata a ſanctꝫ canoniſatis preſertim. Et materiam de qua poteſt percipi ꝙ fuerit in corpore alicuius talis ſancti. Sed iperdulia / id eſt maior dulia: qua venerari poſſumus chriſti crucem. Mariā virginem et ſex ſacramenta alia ab eukariſtia. Hec henricus de gandauo in quotli. et Bern. claremontēſ ibidē. Sed q̄ritur / poſſet ne aliquis licite aliquē defunctum quē ꝓbabiliter crederet eē in celo venerari / ⁊ inuocare? Reſpondit Hoſti. ⁊ Johan. andree in nouellis. de reliquijs ⁊ eorū veneratiōe. ca. Cū ex eo. Reliquie omnino de nouo inuente nō debent venerari ſine licentia ſūmi pontificis: ſic ꝙ publice et ꝑ vniuerſalem eccleſiam venerent̄. Tn̄ ſi antique reliquie nouiter inuenirentur licet eas venerari ſecrete: tamē licet deuotionē ad talem de quo queritur habere / et eum in occulto precari. Item ibidē capl'o audiuimus. Refert tamē Hoſtien. ex tolerātia romane eccl'ie magnificū karolū in ſola capella aquiſgrani / et nō in alijs eccleſijs venerari. Hec de iohan. andree. Nota. Idem patet de quibuſdam ſanctꝫ patribus ordinis fratrum predicatorū vt de fratre merculino / et de FFe ambroſio: qui in quibuſdā ciuitatibꝰ italie de pape licentia feſtiuantur / lꝫ nō ſint canoniſati vniuerſaliter per eccle

ſiam. Sed quereres qui geſtus ſunt
meliores ꝓ deuotōne? Rñdet ſm hũ
bertum ꝙ genufleꝛio/manuũ aliqua
lis ꝓtenſio/et oculoꝝ in celũ leuatio:
videntur corpus/cor et ſenſum ſurſũ
eleuare occaſionaliter pl⁹ ꝙ alia. vni
tñ ſeruit qđ non alteri: ergo eligat quiſq;
D ſibi accōmodũ. ¶ Quo ad ſcđz. Cur
iſta deo debemus a corpe exhibere q̄
bonoꝝ nřoꝝ nō indiget? Rñđ. idō pri
mo ſic. De⁹ honorat quē honorē no-
bis facit vtilem. Scđo vt ꝓxim⁹ edi
ficetur per hoc. Tertio vt p talia ex-
teriora adintra deuotione caleamus.
Retinent eñ animũ vt minus ad ma
la ꝓfluat: quia ſigna ſenſibĺia pl⁹ mo
nent. De corpe vero ſunt ſpeciales ra
tiones. nam q2 de⁹ corpus nřm crea-
uit/rexit/aſſumpſit/redemit/ac glori
ficabit: dignũ eſt vt ei obſequia p̄beat
a quo talia ſunt/ꝛ erunt. Sed queris
quādo tenemur ad corporalia obſe-
quia deo exhibenda? Rñdet ſm Sco
tũ in.iij.diſ.xxvij. ꝙ die dñico/ꝛ ĩ ma-
gnis feſtiuitatib⁹ pedibus ire debes
ad eccĺiam/audire miſſam totam: ꝓ
pter preceptũ/et reuerenter inclinare
ad eleuationē corporis xp̄i: ĩmo hoc
tenet ſacerdos docere populũ. vt ha
bet extra. li.iij. de cele. miſſaꝝ. c. Sa-
ne. Siĺiter quando portatur corpus
xp̄i p ciuitatē. Et quando quis vadit
ꝓpe locũ vbi ſituat: debet reuereri tã
tum dñz. Caute tñ ſcotus de hac ma
teria ſic vbi ſupra dicit. Quando ho-
mo teneatur deũ diligere gratuite ex
precepto forte determinauit illud p̄-
ceptum diuinũ. Sabbata ſanctifices
et maneat vnuſq̄ſq; apud ſe recolligē
do ſe et aſcēdendo ad deũ ſuũ. Et ec-
cleſia ſpecificauit quantũ ad miſſam
audiēdā. de ꝯſe. diſ.i. miſſas. Hec ille
E di.xxvij. ¶ Quo ad tertiũ notandũ
ꝙ cōtra talē cultũ dei faciũt. Primo
Male eukariſtiā ſumētes. Scđo Lo
ca ſancta deſtruētes. Tertio Coram
eukariſtia et reliquiis ſanctoꝝ ac cru
ce/irreuerenter ſe habētes. Quis eñ
dñs ſuſtineret a ruſtico: vt lutoſis pe-
dibus irreuerenter ante eius menſā
ambularet? Similes exceſſus ponde
ra ſm geſtus ſupra allegatos.

¶ Capitulum.viij. de ſacrificiis: oblationibus/ꝛ decimis.

Quinto mādat nobis
ſeruitus diuina deo
exhibenda per ope-
ra exteriora triplicit
Sacrificiis/Oblati
onibus/ꝛ decimatio
ne. Sacrificia vt di-
cit Tho. ſcđa ſcđe. q.lxxxvi. ꝓprie di
cit qñ circa res deo oblatas aliquid
fit: ſicut ꝙ aīalia occidebātur a ſacer-
dote: et panis benedicit hodie. Vñ ſa
crificiũ dicit: q2 aliquis ſacrũ eo facit
Oblatio vero eſt deo oblatũ: ꝛ ſi ni-
chil circa ip̄m fiat. ¶ Sed queritur B
Tenemur ne hodie ſacrificia proprie
offerre? Rñdet ꝙ ſic. Ubi notandum
ſm eũdem ꝙ lex naturalis dictat deo
ſacrificiũ offerēdũ/videlicet ꝙ homo
ſenſibilibus rebus vtat offerens eas
deo in ſignũ debite ſubiectionis ꝛ ho
noris. ſm ſiĺitudinem eoꝝ qui hodie
in q̄buſdā regnis dñis eoꝝ aliq̄ offe-
rũt ĩ recognitionē dñij. ſm illđ eccĺa.
xxxv. Nō apparebis āte ꝯſpectũ dei
vacu⁹. ¶ Eſt aũt duplex ſacrificiũ. B
Vnũ p̄ncipale interi⁹ q̄ aīa ſe offert
deo ĩ ſacrificiũ/ſicut p̄ncipio ſue crea
tiōis: et ſicut fini ſue btĩficatiōis. de q̄
Ps. Sacrificiũ deo ſpũs ꝯtribulat⁹ ps.50.
cor cōtritũ/et hũiliatũ de⁹ nō deſpici
as. Et ad hoc ſacrificiũ oēs tenemur.
Aliđ eſt exterius q̄ xp̄s a ſacerdote in
eukariſtia ſacrificat/et etiā aliĳ act⁹
exteriores aliarũ virtutũ q̄ ĩ diuinam
reuerētiā aſſumũt: q̄ꝝ aliq̄ cadũt ſub
p̄cepto/aliĳ ſub cōſilio. Vñ q̄lz xp̄ian⁹
ꝓ modulo ſuo miſſe ſacrificio debet
coopari: qđ ſacrificiũ digni⁹ eſt oībus
ſacrificiis. q2 ibi ſocietas āgelica. Fōs
oīs gr̄e. Mēoriale xp̄i caritatĳ ſũme:
quā patiēdo exhibuit. Actio ſacerdo
tis digniſſima: et p̄ñtia veriſſima infi
niti boni. Sunt aũt q̄nq; genera ho
minũ participantiũ de hoc ſacrificio
miſſe. Primo fideles etiam peccato
res. Scđo fideles in charitate exñtes

extra materialē eccleſiā. Tertio aſtā-
tes miſſe / ſiue ſint in caritate / ſiue ex-
tra. Quarto offerentes bona ſua. de
quibus omnibus patet ꝙ in canone
orat ſacerdos. Quinto ſacerdos met
qui ſi diſpoſitus eſt: plus oībus perci
pere poteſt: ſed precedētes plus ⁊ mi
C nus ordine quo nūerati ſunt. ¶ Se-
cundo de oblatiōe queritur. Primo
quādo ſit preceptū offerre? Rū. tho.
vbi prius. q. lxxxviij. Ratio naturalis
dictat ꝙ eis ꝗ diuino cultui miniſtrāt
ad ſalutē totius populi: populꝰ totus
neceſſaria victus miniſtret ſicut ⁊ his
qui cōmuni vtilitati inuigilāt / ſcilicȝ
pncipibꝰ / et militibus / ⁊ aliijs hmōi ſti
pendia victus debentur. probat hoc
Apoſto. i. corinth. ix. per humanas cō
ſuetudines dicēs. Quis militat ſuis
ſtipendijs vnꝗ̄? Unde vt habetꝛ Gen.
xlvij. Rex gētilis pharao ſacerdotibꝰ
ſpecialē terrā dederat / ⁊ omnibꝰ ſecu
laribus pre fame poſſeſſiōes ſuas vē
dētibus ſacerdotes terrā ſuam quie-
te poſſidebant / et eis cibaria ex horre
is publicis porrigebātur. Sequitur ī
dictis Tho. poſtea / ꝙ contingere pōt
ꝙ aliquis ad oblationes teneatꝛ qua-
drupliciratiōe. Primo ex precedēti
cōuentione. ſicut cū alicui conceditur
aliquis fundus eccleſie vt certis tem
poribus certas oblationes faciat: qđ
tamē habet rationē cenſus. Secūdo
propter precedentē deputationē ſiue
ꝓmiſſionē. ſicut cū aliquis offert do-
nationē inter viuos / vel cū relinquit
in teſtamēto eccleſie aliquā rem mo-
bilem vel īmobilē in poſterū ſoluēdā.
Tertio modo propter eccleſie neceſſi
tatem. puta ſi miniſtri eccleſie non ha
berent vnde ſuſtentarentur. Quarto
propter conſuetudinē. tenētur enī fi-
deles in aliquibus ſolēnitatibus ad
aliquas oblationes conſuetas. Et idō
illi qui debitas oblationes nō reddūt
poſſunt puniri per ſubtractionem ſa-
cramentorū: non per ipſum ſacerdo-
tem cui ſunt oblationes faciende: ne
videatur pro ſacramētorū exhibitio-
ne aliquid exigere: ſȝ per ſuperiorem

aliquē. Hec ille. Sed ꝗ̄ritur: quante
quātitatis debet eſſe oblatio vel cuiꝰ
ſpeciei? Rū. idē: ꝙ quo ad talia in vl-
timis duobus caſibus remanet obla
tio quodāmodo volūtaria ſcȝ quo ad
quātitatē et ſpeciē. Alicubi enī offertꝛ
panis et vinū. alicubi anīalia. alicubi
pecunia. alicubi candele ⁊ ſimilia. D
¶ Queritꝛ cur ſolis ſacerdotibꝰ de-
beātur oblatiōes? Rū. tho. dama. pa-
pa. di. x. q. i. oblationes ꝗ īntra eccl'iaȝ
offerūtur tm̄mō ſacerdotibꝰ ꝗ quoti-
die dn̄o ſeruire vidētur lȝ comedere ⁊
habere. Et rō eſt pma: qꝛ ſacerdos ꝗ-
dāmō cōſtituitur ſequeſter ⁊ medius
īter populū et deū. ſicut de ipſo Moy
ſe legitꝛ Deutero. v. Ego īquit ſeꝗ̄ſter
et medius fui inter deū / ⁊ vos. Et idō
ad eū ptinet diuina dogmata / ⁊ ſacra
menta exhibere pplo. Scđa: ea ꝗ ſunt
populi puta preces et ſacrificia ⁊ obla
tiones per eum dn̄o debent exhiberi.
ſm illud Hebreo. v. Omis pōtifex ex
hoibus aſſumptus pro hoibus cōſti-
tuitur / in his que ſunt ad deū: vt offe
rat dona et ſacrificia pro peccatis. Et
ideo oblationes que deo a populo ex
hibentur ad ſacerdotes pertinēt. non
ſolum vt eas in ſuos vſus cōuertant
verūetiam vt eas fideliter diſpēſent.
partim quidem exponēdo eas in his
que pertinent ad cultū diuinū. partī
vero in his que pertinent ad propriū
victum. quia qui altari deſeruiunt cū
altari participantur. i. Corinthio. ix.
partim etiā in vſus pauperū qui ſunt
quantū poteſt de rebus eccleſie ſuſtē
tādi. qꝛ et dn̄s in vſus pauperū locu-
los habebat. vt dicit Hiero. ſup Mat.
Ea aūt ꝗ dantur al's pauperibꝰ: nec
ſunt ꝓpe ſacrificia nec oblatiōes / licȝ
dētur ꝓpꝛ deū. qꝛ nō īmediate deo of
ferūtur. ¶ Queritꝛ ꝗ̄liter ſint oblatio E
nes dāde? Rū. dn̄s Alber. ſup miſſaȝ
Oblatio exterior dȝ eſſe vtilis valore.
Pinguis deuotione. Oblata in cari-
tatis dilectione / et munda in acꝗ̄ſitio
ne. Utilis quidem vt poſſit miniſtris
dei ꝯuerti ad vtilitatē. Uñ Malach. i.
Male offerre dicitꝛ ꝗ debile offert.

Similiter qui falſam monetā offe=
runt. Pingue aūt vt plus de cordis
deuotione ꝓcedat ꝙ de manu. Si=
cut vidua duo era. Lu.xxi. Munus
enī extrinſecū: recognitio debet eſſe
cenſualis vt ipſe qui offert munꝰ re=
cognoſcat ꝙ dominꝰ deus in ipſum
habeat dominiū/cui animā/corpus
⁊ res ſubdit. Simile factū eſt ī tpali
bus. Lu.ij. vbi dicit̄ quemlꝫ dediſſe
denariū cenſualē imperatori roma=
noꝝ. Poſſumus etiā intendere per
oblationē. Sacerdotū promotioneꝫ
pro vite accōmodis. Reuerētiā exhi
bēdam ſancto: cuius ſolēnitas agit̄
ad profectum viui vel mortui ꝓ quo
miſſa valebit. De deuota oblatione:
dicit̄ Eccl'ia. vij. De negligētia pur=
ga te cum paucis. vbi glo. Quāuis
parua oblatio ſit: multoꝝ delictoꝛuꝫ
purgat negligentiā. Sup que Tho.
ſcda ſcde. q. lxxxvj. ar. iij. ſic dicit. Par
ua oblatio cuꝫ humili mente ⁊ pura
dilectiōe facta (vt ibidē dicit̄) nō ſolū
purgat pctā venialia: ſed etiā morta
lia. De. iij. Math. v. Si offers munꝰ
tuū ad altare/⁊ ibi recordatus fuerꝭ
⁊c̄. De. iiij. ꝓuerb. iij. Honora dn̄m
de tua ſubſtantia. Et ſꝫ Tho. vbi ſ.
oblatio triplicit̄ viciat̄ ⁊ refutatur.
Primo ſi merces meretricis eſt/ ꝓ=
pter ſcandalū. ne eccleſia videat̄ fo=
uere pctā ſi de lucro peccati oblatio=
nem recipiat. Secūdo: de illicite acq̄
ſitis. q2 de tua ſubſtantia eſſe debet.
Tertio ſi oblatio vergat in detrimē=
tum alterius: vt ſi filius offerat de q̄
patrē nutrire debet: quod improbat
xp̄s Mat. xv. ẜ ¶ Tertio de de=
cimis querit̄ de quibꝰ rebus ſint dā
de? Rn̄detur ſm doctores ꝙ de pſo=
na propria ſi eſt cōſuetū. Et de rebꝰ
proprijs extrinſecis ſm ꝙ cōſuetu=
do iubet. Vn̄ dicit Tho. quotl'. ij. q.
viij. ar. iij. Nulla cōſuetudo cōtraria
ſoluit hominē ab obligatiōe redden
di decimas. q2 hec obligatio funda=
tur ſuper ius diuinū/⁊ ſuper ius na
turale. Unde ſemp tenētur homīes
reddē decimas ſi eccl'ia exigat: etiaꝫ
cōtraria conſuetudine nō obſtāte. ⁊
in terris in quibus eſt cōſuetudo ꝙ
decime ſoluātur: ipſa cōſuetudo q̄ſi
expoſtulat decimas. Unde peccaret
qui non redderet. Sed in terris in
quibus nō eſt ꝯſuetudo cōmunis ꝙ
decime dentur/et eccleſia nō petit vi
detur eccleſia remittere dū diſſimu=
lat. al's hoīes italie ⁊ oriētaliū par=
tium dānarentur qui decimas non
ſoluunt. Hec Tho. Et poſtq̄ proba=
uit ꝙ in ſimili Ap'ls non poſtulauit
victū ab his quibꝰ predicabat ꝓpt̄
ſcandalū tollendū. addit Tho. Re=
ctores inquit eccleſiaꝝ nō bene face
rent/ſi in terris talibus decimas exi
gerent/in quibus nō eſt cōſuetū da=
ri: quādo probabiliter crederent ꝙ
ex hoc ſcandalū naſceretur. Hec ille
ẜ ¶ Dubitatur vtrū paup tenea
tur ſoluē decimas diuiti ſacerdoti?
Rn̄detur ſꝫ Tho. quotli. vi. q. v. ar.
iiij. Reddere debitū eſt actꝰ iuſtitie/
et ideo ad hoc ꝙ alicui reddatur qđ
ei debetur: nō refert vtrum ſit diues
vel pauper. Decime autē ſacerdoti=
bus debent̄ in cōmuni quidē ſꝫ ius
naturale. naturalis eniꝫ ratio dictat
ꝙ illi qui pro populo in ſpūalibꝰ la=
borant: a populo ſtipendia ſue acci=
piant ſuſtentatiōis. Et ſm hoc etiaꝫ
ī nouo teſtamēto eſt iure diuino ſan
citū. Nā. i. corinth. ix. dn̄s ordinauit
his q̄ euangeliū annūciāt/vt de euā
gelio viuant. In veteri autē teſtamē
to quātitas fuit determinata/ ſcilicꝫ
decima. ⁊ ideꝫ ſtatuit eccl'ia in nouo
teſtamēto ſoluendū. Unde cū ſacer=
dotibus decime debeātur tam de iu
re naturali ꝙ diuino: ⁊ etiā ex ſtatu=
to eccleſie: q̄uis ſacerdos ſit diues:
nichilominus pauper tenet̄ ei deci=
mas ſoluere. Sed dicis. al's hꝫ vnde
ſuſtentetur: cur ergo ſibi dabit̄? Rn̄
detur p̄mo ꝙ decimaꝝ ſolutio etiaꝫ
propter pauperes eſt inſtituta ſuſtē=
tandos: ſed his ſacerdos prouidere
debet de decima. Secūdo ꝙ effectuꝫ
eſt alicui debitū per ſtatutū eccleſie:
nichilominus ei debetur/quāuis ſit

dines. Qui eñ in ſimili emit rē ali-
quā: debet ſoluere tm̄ quantū valet:
ſiue a paupe ſiue a diuite emat. Ad
dit Ray. in ſūma. Clerici hñtes ſuf
ficiens patrimoniū vel reddit9: re
cipiētes adhuc decimas (ſi tales de
ſeruiūt eccl'ie) et decimas pcipiunt
non vt eas in malos vſus: ſ3 in pios
cōſumant: nō peccāt. al's ſacrilegiu3
ꝯmittunt. xvi. q. i. quoniā. Alie diffi
cultates he ſunt: ſc3 an laici ſine feu
do poſſint decimas habere: ſed hoc
ad preſens relinquo.

¶ Capitulū. viij. de veneratiōe
imaginū ⁊ reliquijs ſctōꝝ. A.

SExtū mandatū eſt negati-
uū: ſicut et ſequentia. Nō
habebis deos alienos co-
ram me. Cōtra hoc facerent q̄ etia3
ſine imaginib9 ſolem aut lunā vl' ali
quid aliud ꝓ deo colerēt: ſicut q̄da3
fecerūt. Sed q2 hic erroꝛ etiam īter
paganos multos extinctus eſt: idō
nichil de iſto iam opus eſt dicere.
B ¶ Sed ꝯñter ſeptimo mandat'
ꝙ nec imagines deoꝛū habere debe
mus eas venerando deitatis cultu.
Cōtra hoc faciunt imaginib9 abutē
tes. Unde quia hic monemur adoꝛa
re deu3: et cauere ab imaginū cultu
malo: ideo hic tria vidēda ſunt. Pri
mo de inſtitutiōe imaginū. Scdō de
veneratiōe reliquiarū. Tertio ver-
ſus quas mundi partes adoꝛare de
beamus. Pro pmo notandū ꝙ ado
rare eſt ſe totū adoꝛato ſubijcere ꝓ-
pter eminentiam virtutis et ſancti-
tatis totāq3 ſpem in ipm ponere: vñ
et cult9 ſiue ſuit9 dr̄ ⁊ ſic deo ꝯpetit
ſoli. nā ſine eo nichil poſſum9. Joh.
xv. Uenerari vero ſctōs poſſum9/
nos eis ſubijciendo tanq̄ dei amic'
et nr̄is interceſſoꝛibus/ et hec ſpeci
es eſt ſuffragij. Sed diceres. Cur fa
ciūt xpiani imagines ꝯtra illud pce
Exo.20 ptū. Nō facies tibi ſculptile? Rñ. p
mo ꝙ deus abſolute nō ꝓhibuit fie
ri imagines. q2 iuſſit cherubin effi-
giari obumbrātia propiciatoꝛium.
Exo. xxv. Sed ꝓhibuit modo q̄ ſed
tur ſc3: nō adoꝛabis ea neq3 coles ea
nō videl3 ſicut gentiles qui putabāt
aut aliq̄d diuini in imagine eſſe/ aut
creatū q̄d deū effigiare. C Fuit
tm̄ in veteri teſtamento pꝛohibitum
fieri imagines maxime dei. Tū pro
pter pꝛonitatē ppl'i ad idolatriā pro
tunc/ et inter idolatras cōmoꝛantis
Tū etiam q2 de9 nōdū homo fact9
fuit. vnde nec effigiari debuit: hodie
autem introduct9 eſt vſus imaginū
Primo a xpō q̄ ſuā imaginē abaga
ro regi panno impſſam miſit: vt re-
fert Euſebius in eccl'iaſti. hiſto. Et
damaſius lib. ſnīaꝝ ſuarū. Scdō ab
apl'is. nā tpē eoꝝ hec fuerūt. Uñ lu-
cas imagines virginis marie/ ⁊ filij
ei9 ſculpſiſſe legit'. Et apl'oꝝ tpē ſan
ctus ſeruacius imaginē xpi crucifi-
xi ſecū detuliſſe repit' in ſua hiſtoꝛia
Tertio a cōtinuato ritu eccl'ie: q̄ ap
pꝛobationē imaginū ꝯcilio romano
fere mille epoꝝ cōgregato diffiniuit
D S3 cur inuente ſunt? Rñō. ſm
Tho. in. iij. diſ. ix. Triplici de cā ſm
tres partes imaginis aīe. Ex parte
memoꝛie/ ad frequētē recoꝛdationē
ſalutis nr̄e et inſtrumentoꝝ ſalutis.
Ex pte intellectus/ ad infoꝛmationē
rudiū qui l'ras ignoꝛant q̄ docentur
imaginibus loco l'raꝝ. Ex parte vo-
luntatis/ ad maioꝛē excitationē de-
uotionis. Plus eñ mouent viſa q̄
audita. Et ſic īſtitute ſunt ꝓpter me
moꝛie labilitatē/ intellect9 ruditatē
et affectus tarditatē. Item notādū
ꝙ ſ3 doctoꝛes cōiter di. ix. tertij ado
rat' de9 in q̄buſdā ſignis latria/ pu
ta eucariſtia/ imagine crucifixi/ ima
gine crucis/ et in ſcriptura ſacra: po
tiſſime in euangelio poſſet a prudē
te adoꝛari. Ueneramur etiā ſanctos
in quibuſdā dulia vt in imaginibus
ſanctoꝝ alioꝛū/ eccleſiis/ altarib9/ re
liquijs et ſimilib9. E Quo ad
ſcdm. Cur venerande ſunt reliquie
ſanctoꝝ? Rñdet' ſ3 Damaſce. ī hiſt.
barlaā vbi recitat' de ꝓceſſione ſan
ctoꝝ patrū poꝛtātiū reliquias ꝙ q̄-
druplici de cā. Primo vt ex venera

tione coꝝ auxiliū ſentiam⁹. Scḋo vt exempla eorū quorū ſunt/hic imitemur. Tertio vt requiē patrie vbi ale eorū ſūt: ſperem⁹. Quarto: vt nos ī puluerē redigendos memoremur.
F ¶ Quo ad tertiū ſ3 Tho. vbi ſupra. Ad orientē adoramus/ꝛ altaria cōſtruūtur qntuplici de cā. Primo in ſignū ꝙ a xp̄o eſt nr̄a illumiātio q̄ eſt lux mūdi: ſicut ſol eſt ab oriēte. Scḋo q2 oriēs eſt nobilior pars orbis: ī ſignū nos ibi vertim⁹: ꝙ credamus oīa nobis a deo ꝯferri/ꝛ nobiliora vt ḡtuita īmediate. Tertio ſicut motus incipit ab oriente ꝑ angelū: ita oīs noſtra actio a deo. Quarto q2 ꝑadiſus eſt ibi a quo cecidim⁹ ideo memoremur vt in celi ꝑadiſu3 intremus. Quinto quia ab oriente ad iudiciū veniet xp̄s.

¶ Capitulū.ix. de ſpeciebꝰ ſuꝑſtitionū: ꝛ de grauitate pctī hui⁹: ac de remediīs licit|ꝛ illicitis. ꝛ qb⁹ ex cauſis demōes ſciāt futura ꝛc. A

Octauo ꝓhibeť hic oīs ſuꝑſtitio/diuinatio/ꝛ ſilr̄a in q̄bus illud qḋ a ſolo deo vľ a ſctis expectare debem⁹: a creaturis illicite requirim⁹. Non inquit adorabis ea neꝗ coles. Circa hāc materiā videndū. Primo de ſpeciebꝰ ſuꝑſtitionū. Secūdo de grauitate huius pctī. Tertio de remediīs licitis et illicitis. B Quo ad p̄mū ſ̄m Iſido. viij. ethimo. et ſ̄m tho. ſcḋa ſecūde. q. xcij. Suꝑſtitionis ſunt capitales. xiiij. ſpēs. Prima eſt phitonū hoīm/videlicet in quib⁹ demō loquiť. Ad quā reduci videnť putantes ſe localiter ad herodianā traduci. Item q̄dā mulieres in quattuor tp̄ib⁹ extaſim ꝑ demonem patiētes. Secunda eſt ſomnia habentiū ꝛ deceptorie ibi iudicantiū. Tertia mathematicoꝝ: qui ſ̄m natiuitates hominū/et ſ̄m influxus celeſtium iudicant diffinitiue de volūtatibus hūanis. nā mathematici iudicāt ſ̄m cōſtellationes. Quarta ſortilegiorum Quīta arioloꝝ/id eſt in aris idoloꝝ reſponſa dantes. Similiter geomātici in terreſtribus iudicantes: vt in inſpectione vnguis/calibis politi/ſpatula/manu/et in ſil̄ibus: futura vel ſecreta predicentes. Sexta auguria practicantiū: auditu ſc3 et cantu/et volatu/et motu auiū iudicantiū. Septima carminatoꝝ ꝑ verba/et exorciſtarum/demones et illicite ſerpētes adiurātes. Octaua fit ꝑ remedia ſuꝑſtitioſa alia ꝓ ſanitatibꝰ/vľ aliīs exercēdis. vt ī ligaturī/ verbiſ īordinatis/vel iuſitatis caracteribꝰ ꝛhmōi. Nona auruſpicū/id eſt horarum/ꝛ dierū vani īſpectatores. Decima necromanticorum: id eſt mortuos ſuſcitāntiū. vt. i. reg. xxviij. Et hodie ex dubio fidei morituros ad redeundum inuitantiū. Undecima eſt tranſformantiū ſe vel alia in ſimilitudines aīalium/vt ī lupos ꝛ beſtias alias. Duodecima fortunā inculpātiu3/aut euforttuniū. Tertiadecima artem illicitā addiſcentiū. vt diuinationes/artē notoriā/et ſi que ſunt ſimiles. Quartadecima maleficoru3 qui nitūtur immutare corpora a ſanitate certa/generationem impedire/animum in amorem vel odium ꝯcitare/et his ſimilia. C Quo ad ſecundū de grauitate huius peccati: notandum hoc primo. Prohibitum eſt in ſacra ſcriptura multiplici pena etiam ſub pena mortis anime et corporis. Unde leuiť. xix. Anima que declinauerit ad magos et ad ariolos et fornicata fuerit in eis ponam faciem meam contra eam ꝛ interficiam eam de medio ppl̄i mei Item ibidem. xx. Uir ſiue mulier in quibus phitonicus vel diuinus ſpiritus fuerit moriatur. lapidib⁹ obruent eos. ſanguis eorum ſit ſuꝑ eos. Unde propter hoc peccatum ochozias infirmus mortuus eſt. iiij. Re. p̄mo. Et ſaul p̄mi paralipo. x. Item ſ̄m canones. Si diuinatoꝝ ꝛ maleſicoꝝ pctm̄ occultū ſit: imponitur penitentia. xl. dierū. Extra eodē cap. i. Si notorium: eucariſtia denegatur.

de ꝯſecra.diſ.ij.pro dilectōne. Si ſit
clericus: deponendus eſt.et in mo-
naſterio detrudendus. Si laicus/ex
cōmunicādus.xxvi.q.v.nō oportet.
Tales etiā īfames ſunt/ ⁊ q̄ ad eos
cōcurrūt.vñ nec ad accuſatiōem de-
bēt admitti.ij.q.viij.Quiſquis nec.
Itē tales ſm leges debēt plecti pe-
na capitij.Et ſi accedāt ad domū al-
terius:debēt cremari: ⁊ bona eorū
oīa debent publicari. C.de maleficij.
l.nemo.l.culpa.⁊.l.nulla.Cōtra om
nes diuinatores ⁊ maleficos iura ci
uilia ſeuiſſima ſunt.Vñ libro.ix.C.
de maleficis ⁊ mathematicis:⁊ cete
ris ſilib⁹ vt dicit Azo in ſumma.Di
uinantes circa ſomnia vel in garri-
tu auiū:⁊ in ſilibus:talib⁹ nō pmit-
tit ad limē alteri⁹ accedere: alioqn
cōcremant/nec aliqs debet eos ſu-
ſcipe vel cōſulere. Alioqn deportat
in inſulā/⁊ oīa bona publicāt. Qui
aūt arte magica vite innocētū inſidi
ant:animos mulierū ad libidinē fle
ctūt:⁊ hi beſtijs obijciūtur.vt.l.mili
ti.Itē nemini pmittit diuinare:alio
qn ſuppliciū capitis feret gladio vl-
tore ꝓſtrat⁹.vt in ſupradictis legi-
bus patet.Itē btūs Aug.dicit: ⁊ ha
bet.xxvi.q.vij.nō obſeruabitis: vbi
enumeratis multis ſupſtitiōib⁹ ſic
ꝯcludit.Qui has et quaſcūq diui-
nationes/aut fata/aut auguria ob-
ſeruat/aut attendit/aut cōſentit ob
ſeruātib⁹/aut talibus credit:aut ad
domū eoꝝ vadit:aut in ſuā domū ī-
troducit/aut interrogat:ſciat ſe fidē
xp̄ianam ⁊ baptiſmū p̄uaricaſſe: et
paganū ⁊ apoſtatā et dei inimicum:
irā dei grauiter ineternū incurrere:
niſi eccl'iaſtica pnīa emēdat⁹ deo re
cōciliet. P ¶ Sz dubitat an ſp ſit
pctm̄ mortale talib⁹ eſſe implicatū?
Rñd.ſm quoſdā q actū diuinatōis
et hmōi poteſt qs tripliciter exerce-
re.Primo ſic:q credat p illū actū
realiter aſſequi qđ intēdit.puta ali-
cuius amorē/vel furti reuelationez
vel futuri euēt⁹ precognitionē de cō
tingentib⁹.Certū eſt q qui talia cre
dit cōſequi poſſe p actū illū: oportet
q credat ī illo actu aliquid exiſtere
diuini numinis : q̄ a deo ſolo expe-
ctare debem⁹:aut q̄ ſoli deo cōueni
unt:vt īmutare volūtatē/aut contin
gentia futura certitudinaliter predi
cere.Et tunc talis fidē abnegat. vt ī
auctoritate Aug.īmediate tactū eſt
Et ſic de grauiſſimis pctīs mortali-
bus vnū eſt.q2 fidē tollit debitā.Se
cundo modo ſic fieri pōt q licet ali-
qs nō credat p actū illū realiter aſſe
qui qđ intendit:tñ vult carioſe expe
riri vtrum aliquid efficacie ſit in tali
actu vel nō. Et hoc iterꝝ eſt peccatū
mortale minus p̄mo.Ratio eſt q2 ta
lis eſt dubius ⁊ fluctuās ī fide: poſt
q cōtra veritatē ⁊ firmitatē fidei ꝓ
ponit experiri talia/ que ſcit vel ſci-
re deberet p fidem catholicā eſſe re-
probata.Tertio modo ſi ex ſola le-
uitate vel ſimplicitate hec exerceat:
nichil tñ in hoc credens eſſe ỽtutis
et efficacie:nec etiā expiri intēdit an
in hoc aliqua efficacia exiſtat/ſed ſo
lum leuitate et ſimplicitate hoc fa-
cit.Et hoc videt quibuſdā eē venia-
le pctm̄/maxime apud laicos ⁊ idio
tas.Sed quātum ad clericos qui te
nent hoc ſcire iure ꝓhibitū: ſemper
eſt mortale peccatū.Quia excōican
di ſunt ſm iura.Excōicatio aūt a iu
re ſolū ꝓ mortali īfligit. E ¶ Quo
ad tertiū dubitat:q̄ ſunt remedia lli
cita hoī pro adeptione bonoꝝ quo-
rūcūq/⁊ pro euitandis malis q̄buſ
cūq? Rñdet quinq. Primo faciat
homo id qđ poteſt ex propria indu-
ſtria/ex propria potentia / ⁊ virium
ſuarū exercitatōe.Qđ apl's.i.Coꝝ.
ix.iubet dicēs. Abundetis in omne
opus bonū.Scđo homo recurſū ha
beat pro conſilio ad alios homīes q̄
ſunt in hoc prudētiores : et ſup hoc
imploret auxiliū potentioris.vt cū
perito in arte medicandi : ſi eſt infir
mitas naturalis. Ideo eccl'.xxxviij.
Honora medicū ꝓpter neceſſitatē.
etem̄ eū creauit altiſſim⁹ ⁊c.a deo eī
eſt oīs medela. Tertio ſe cōmendet

precibus iuſtorū huius vie. Vn̄ eccle.
xxxvij. Cū viro ſancto aſſiduus eſto/
quē cunq̄ agnoueris obſeruātē timo
rem dei/cuius anima eſt ſm aīaꝫ tuā
Quarto deuote inuocet ſanctos pa=
trie. de quo Job. v. dr̄. Voca ſi eſt qui
tibi reſpondeat/et ad aliquē ſanctoꝝ
conuertere. Quinto ad deū īmediate
pro adiutorio recurrat humiliter. Si
cut in veteri teſtamento ſancta virgo
Sarra fecit Thobie. iij. que ait. Hoc
pro certo habet oīs qui colit te:qꝛ vi=
ta eius ſi in ꝓbatione fuerit coronabi
tur. Si autē in tribulatiōe fuerit:libe
rabitur. et ſi in correptione fuerit: ad
miſericordiā tuam peruenire licebit.
Et Joſaphat rex iuda in tribulatiōe
inimicorū exiſtens. ij. Paralipo. xx.
ait cū ignoremus quid agere debea=
mus:hoc ſolū habemꝰ reſidui vt ocu
los noſtros dirigamus ad te. Et ſi in
tentum nō adipiſcitur quis ꝑ primaꝫ
viā:addat ſecundā/ꝛ ſic ſi oportet ter
tiam vſq̄ ad vltimam. Et ſi perſeue
rauerit:ꝛ ſi ad ſalutem eſt/vtiq̄ exau
dietur/aut in propꝛ̄a petiti forma/aut
in equiualenti. Exēpli gratia. Si vis
carere vicio/aut occaſiōe eius/aut ha
bere virtutes/deuotionē/et hmōi ſpi
ritualia bona/ſiue habere tēporalia/
vel carere malis huiꝰ vite aliquibus
primo primum arripe. Secūdo adde
ſcdm. ꝛ ſic cōſequēter. Sed alia reme
dia querere ſuperſticioſa illicitum eſt
Sunt autē tria quibus nō ꝓhibemur
vti in remediū. Primo herbis lapidi
bus/et ſimilibꝰ:que naturalē habent
virtutē/de quo ratio ſm naturales et
medicos reddi poteſt. Vn̄ beatꝰ Hie=
ro. dicit. et ponitur. xxvi. q. vij. Demo
niū ſuſtinētē licet petras ꝛ herbas ha
bere:ſine incātatione. Itē verbis ſa=
cris que alicuius autoritatis ſunt/ et
aliis ſacris rebus. Unde ſi aliq̄s colli
gat herbā medicinalē cū ſymbolo di=
uino/vel oratiōe dn̄ica/vel ſcribat in
carta ſymbolū/vel dn̄icā orationeꝫ et
ponat ſuper aliquē īfirmū/vt ſic ī iſtiſ
tantū deus creator oīm honoretur:non
reprobatur/dūmodo nulla alia ſuꝑ=
ſtitio admiſceatur. vt habetur ex cōci
lio martini pape. xxvi. q. v. nō liceat.
Tertio in ieiuniis/orōnibus/elemoſi
nis/et aliis operibus que ſunt de ge=
nere bonoꝝ:que certū eſt placere deo
¶ Sed dubitatur vn̄ maleficia effica F
ciam habeant? Reſpōdetur ex quinq̄.
Primo ex parua cōfidentia quā ho=
mines habēt in deū:ideo ꝑmittit eos
a demonibus impediri. ſm illud pſ. pſ.90
Qm̄ in me ſperauit liberabo eū/ſcilꝫ
iuſtū. Et per argumētū a cōtrario ſen
ſu/qui nō ſperāt in deū:demonis po=
teſtati relinquūtur. Scdo ex errore q̄
in hoībus eſt:cuius pena frequēter ē
effectus maleficij. ſm illd̄ Ro. i. Cum
cognouiſſent deū:nō ſicut deū glori=
ficauerūt ꝛc̄. et obſcuratū eſt inſipiēs
cor eoꝝ. Tertio vt fides probetur bono
rum:ſm Aug. quod probat per illud
Deutero. xiij. Si ſurrexerit in medio
tui propheta/aut qui ſomniū ſe vidiſ=
ſe dicat:et predixerit ſignū: aut por=
tentū/et euenerit quod locutus eſt:et
dixerit tibi:eamus ꝛ ſequamur deos
alienos quos ignoras/et ſeruiamus
eis:nō audias v̄ba ꝓphete illius aut
ſomniatoris. Quia temptat vos dn̄s
deus:vt palā fiat an diligatis eū aut
non. Quarto ꝓpter pactū expreſſum
vel tacitū cū demonibus initū et ſocie
tatem:qualiter fit in oī ſuꝑſtitione. vt
dicit Augu. de doctrina xp̄iana li. ij. q̄
ſocietas oī (vt ibi dicit) penitus fugiē
da eſt xp̄iano. Quīto ex deſiderio dia
boli/qui conatur cōtinue decipere nos
i. pe. v. Aduerſarius veſter diabolus:
tanq̄ leo rugiēs circuit/querens quē
deuoret:cui reſiſtite fortes in fide.
¶ Dubitatur iterū quibus ex cauſis G
demones ſciant futura interdū:ꝛ vn̄
tam miros effectus poſſunt/cū deus
permittit efficere? Rn̄. ſcdꝫ Aug. li. de
natura demonū aſſignādo ſentētiali=
ter. vij. cauſas/nō ꝙ futura ꝯtingētia
ſciāt:ſed cōiecturāt ꝓbabiliter. Pri=
ma qꝛ vigent ſubtilitate naturali plꝰ
ꝙ homines. Secunda. plura ſciunt ꝙ
nos propter experientiā temporum.
Tertia propter celeritatē motus. de=

mon multa futura predicere poteſt:q̄
hominē latent. Quarta.nā potentia
(cū deus pmittit)poſſunt morbos im
mittere/et hos predicere. Quīta per
ſigna futura poſſunt predicere ſubti-
lius q̄ medicus vidēdo pulſum ⁊ vri-
nam. Nam ſicut medicus videt per ſi
gna aliquid ī īfirmo quod homo ſim-
plex non videt:ita demon quod nul-
lus homo naturaliter videt.Sexta ex
ſignis que procedūt ab aīo hoīs: con
iecturant ea q̄ ſunt vel erūt in aīa aſtu
tius prudēti viro.Sciūt enī qui īſtin-
ctus eorū ſunt veriſimiliter ſecuturi.
Septima acta prophetarū et ſcripta
noſcunt:ex quibus futura predicere
poſſunt. Et hec tangūtur.xxvi.q.iiij.
ca.Sciendum.

¶ Capitulū decimum.de falſa tranſ
latiōe hoīs:⁊ ſomniis:⁊ de ſortib⁹.⁊c̄

A Quo ad primū modū
notandū q̄ ꝓut ha-
betur.xxvi.q.v.Epi
ſcopi ex cōcilio acq̄-
renſi/tales pſonenō
transferunt a demo-
ne localiter ad loca ī
quibus dicūt ſe fuiſſe ſed ipſe Satha
nas cū mentē cuiuſq̄ mulieris cepit/
et hanc per infidelitatē ſibi ſubiuga-
uerit:ilico trāſformat ſe in diuerſarū
formarū ſpecies:et mētem quā capti
uam tenet in ſomnis deludēs modo
per leta/modo per triſtia:imaginarie
ſolū deducit non veraciter.Et cū ſola
aīa hoc patiaſ infidelis :hec nō in aīo
ſed in corpore euenire opinatur. Exē
plum refertur de vetula:quā cū con-
uertere non poſſet frater pdicator ad
hanc: ex cōdicto venit frater qn̄ in cu
bella ſe tranſiturā dixit verſus dn̄am
Herodiadē vel venerē.Nā protūc ve
tula ſine motu locali dormire cepit/ ⁊
cū iam ſe ſomniaret verſus Herodia-
dem vehi/et manus leta ꝓiceret:ver
ſum eſt ex motu vas/et vetulam cum
cōfuſione ad terram proiecit.Eadem
de cauſa ficta ſunt interdū et imagi-
naria ſolū/quādo quedā in quatuor
temporibus ſe in raptu dicunt videre
animas purgatorij/⁊ plura alia fan-
taſmata. Nec mouere dz q̄ quarūdā
vetularū pedes protūc aduſti nō ſen-
tiunt ignem : quia demō fantaſmata
in imaginatione mulieris tanto incē
dere poteſt:vt anima extra nichil ſen
tiat.Exemplū de habentibus morbū
caducū qui etiam aduſtionē non ſen-
tiunt in īfirmitate ſua.quia anima in
interioribus paſſionib⁹ vel dolorib⁹
preſſa:extra non ſentit ignē. Itē na-
turaliter quidā (ſpecialiter mulieres
quedā) faciliter ex imaginationibus
poſſunt rapi ad intra:adeo vt nō ſen-
tiant exteriora vt ponit exemplū Au-
guſt.xiiij.de ciuitate dei.cap.xxiiij.de
quodam reſtituto nomīe. qui ad mo-
dicum alicuius gemitū ſe ad interio-
ra ꝯuertere poterat:vt nec voces/ nec
pūcturas/nec vellicātes ſentiret im-
mo tanq̄ in defuncto nullus anheli-
tus ſentiebatur. ¶ Quo ad ſecun- B
dum de ſomniis:notandū q̄ raro ali-
quis debet tenere de ſomniis/et iudi
care. Interdum tamē poteſt/⁊ de ali-
quibus debet. Primum patet.quia
cauſe ſomniorū ſunt tam varie q̄ pau
ci ſciant a quo fiant. Nam ſm̄ Greg.
libro.iiij.dialo.aliquādo fiunt pleni-
tudine ventris. Aliquādo ventris et
capitis exinanitione:et hec experien-
tia didicimus.Aliquādo demonū il-
luſione.Eccleſiaſt.xxxiiij. Multos er
rare fecerunt ſomnia.Aliquando dei
reuelatione. Gene.xxvij.ait Ioſeph.
Audite ſomniū meū quod vidi. Ali-
quando cogitatione naturali/ſimul ⁊
illuſione. Unde eccl's.v. Ubi multa
ſunt ſomnia:multe ſunt vanitates.Et
ſupra.Multas curas ſequuntur ſom
nia.Aliquando fiunt cogitatione/ſi-
mul ⁊ reuelatione dei. Danie.vij.vbi
oſtēditur q̄ ſomniū Pharaonis ce-
pit a cogitatione/ et terminabatur in
reuelatione.Quidā tamē aliqualiter
ſed caute iudicare poſſunt interdū de
ſomniis.vt ſi poſt ſomnium de cruce/
aqua vel calice expertus es:tibi tribu
lationem ſepe ſubſecutam timere po
tes q̄ eueniat. Et paciencia/⁊ ora-

tione/et aliis:te contra temptationez
preparare:et forte ideo deus reuela-
uit. Similiter ſi de extremo iudicio te
ſomnias damnatū:poſtea ſcrutare cō
ſcientiā Sed nunq̄ curāda ſunt ſom-
nia de theſauris inueniendis. De ini
C mico inuadēdo et ſimilibus. ¶ Poſ-
ſunt autē quintupliciter vt dic Tho.
ſomnia ſigna eſſe futurorū. Prio qn̄
eſt cauſa effectus futuri. vt quia ſom
niaſti te iturum ad eccleſiā certā:ideo
poſtea vadis. Secūdo ſomniū eſt ſi-
gnum futuri:cuius cauſa in ſomnian
te eſt. vt colera preſſus ſomniat de ni
gro:et ſic vtuntur medici ſomniis.
Tertio interdū a caſu euenit de quo
quis ſomniauit. vt de igne ſomniaſti
et eadem die a caſu domus incinera-
tur. Quarto quando impreſſio aeris
vel celi corpus dormientis alterat ſe-
quitur interdū ſimile ſomniū. vt ſi aer
vel celum eſt diſpoſitum influere hu-
mide corpus facit ſomniare animam
de pluuia. Et eſt hoc commune in for
mica/muſcis/pulicibus/et gallo/et
in brutis aliis:que ex talibus īmutā-
tur. et iudicant prudentes ex talibus
quoſdam euentus naturales. Quin-
to quando ab angelis bonis vel ma-
lis influxus aliquis de futuro recipi-
tur. tamen qui haberet de ſomnio di-
ſcretionē ſpirituum/que eſt ſm ap̄l'm
.i. Corinth. xii. gratia ſpecialis ſpiri-
tusſancti iudicare poſſet ⁊ deberet. de
ſomnio. vt ſancti ⁊ ꝓphete ſancti (in-
quit Grego. vbi ſupra) viſiones et re-
uelationes quodā intimo ſapore di-
ſcernūt:vt ſciant quid a bono ſpiritu
percipiant/vel quid ab illuſore patiā
D tur ¶ Quo ad tertium notandū eſt
q̄ Gene. i. dixit deus. Fiant lumina-
ria in firmamēto celi. ⁊ diuidant diez
ac noctē. ⁊ ſint in ſigna. glo. ſerenitatꝭ
et tempeſtatis. et tp̄a. glo. veris/eſta-
tis/autūni/et hiemis. Vn̄ primū mi-
niſteriū quod faciunt nobis corpora
celi eſt q̄ faciūt diē ad laborandū hoī
bus:et noctem pro q̄ete noſtra. Scd̄o
ſeruiunt inquātū ſunt ſigna natura-
liū effectuū vt pluuie/ſiccitatis/calo-
ris/⁊ ſimiliū. ſed nō ſic ſunt ſigna eoꝝ
q̄ depēdēt a libero arbitrio noſtro: ſic
q̄ aliquis ex eis iudicare poſſit hunc
furē omnino fiendū/luxurioſuz/et hu
iuſmodi. Nā ⁊ Tolome⁹ ait. Sapiēs
dominabitur aſtris. Nā hec diuerſi-
mode influūt ſm q̄ deo ſeruimus vel
nō. Unde Leui. xxvi. Si non feceritis
mandata mea. ⁊c̄. dabo celum vobis
deſuper ferreū:et terrā eneam. ⁊ con
ſumetur incaſſum labor veſter. Si āt
in preceptis meis ambulaueritis da-
bo vobis pluuias temporibus ſuis/⁊
terra gignet germen ſuum. Unde ſꝫ
Tho. li. iii. cōtra gētiles. Tria ſunt in
homīe/videlicꝫ corpus ſeu corpora-
lia/intellectus/⁊ voluntas. Item tria
alia ſunt in celeſtibus/videlꝫ celū/an
gelus/⁊ de⁹. Celū ſolum poteſt ī cor-
pus vt illuminādo/frigefaciendo/et
calefaciendo. Angelus bonus poteſt
intellectū illuminare. et malus nō po
teſt intellectui quicq̄ imprimere. de⁹
ſolus poteſt volūtatem vertere ad pla
citū. poteſt etiam in intellectū et ī cor
pus īprimere quicq̄d vult. Quicq̄d
vltra prefata aſtris aſcribitur de actī
bus ad liberū arbitriū pertinentibus
eſt ſuperſticioſum vel ſupſtitioni ꝓpī
quum. ¶ Quo ad quartū de ſorti- E
bus notandū ſꝫ Tho. ſecūda ſcd̄e. q.
xcv. ar. viii. Et ſm Nicolaū de lyra ſu
per illo Actuū. i. Sors cecidit ſuper
mathiam:q̄ vti ſortibus eſt ex vario
euentu ſeu diſpoſitione alicuius reī
ſenſibilis propoſite:determinare ali-
quod dubium vel incertum. Sicut ex
feſtucis propoſitis:per hoc q̄ aliquis
accipit breuiorem vel longiorem: ſeu
in proiectione taxillorū ex hoc q̄ ali-
quis proiicit plura vel pauca puncta
vel ex ſimilibus aliquod dubium in- F
ter homines determinatur. ¶ Se-
cundo notandum q̄ ſortibus vti con
tingit dupliciter. Aliquando eſt ma-
luz:aliqn̄ eſt bonū. Malū eſt octo mo
dis. Prīo qn̄ q̄s ea intentione vtitur
ſortib⁹/q̄ſi actus humani q̄ requirū-
tur ad ſortes vel euētus eoꝝ ſubdanē
diſpoſitioni ſtellaꝝ. hoc eñ falſuz eſſꝫ

non carens demonū ſuggeſtiōe. Secundo quādo quis expectaret ſortiū iudiciū a demonibus. quod fit quādo fiunt in quibus veriſimile eſt demonis ibi eſſe opus. Sicut legitur Eze. xxi. ꝙ rex babilonis ſtetit ī biuio ī capite duaꝝ viarum cōmiſcēs ſagittas interrogabat ydola: exta conſuluit. Tertio qñ quis expectaret ſortialiuꝫ actuum euentus euenire a fortuna/ ⁊ hoc ſolū locū haberet in ſorte/ que vocatur diui ſoria. vt ſi q̄rat̄ iudicio ſortium: quid cui ſit exhibendū/ ſiue illō ſit res poſſeſſa/ ſiue ſit honor: ſiue dignitas/ ſiue pena: aut aliqua actio. et talis ſors nō videtur habere: niſi forte viciū vanitatis. Sicut ſi aliqui non valentes aliquid diuidere cōcorditer velint ſortibus ad diuiſionē vti quaſi fortune exponētes: quis quā partem accipiat vt Tho dicit. Sed nicola. de lyra ſic dicit. Si diſpoſitio vel euētus ſortiū expectetur in fortuna tñ: nullū eſt viciū ſi mittātur ſortes ad determinandū inter hoīes quis quā partē accipiat alicuius rei/ ⁊ hoc ex communi cōmittitur cōſenſu fortune. Cauſa tñ motiua poteſt eſſe pctm̄. vt ſi propter cupiditatē propriā vel aliud viciū nō poſſumus cōcorditer alio mō diuidē.

b ¶ Quarto qñ quis expectaret ſortium iudiciū vel euentuū ſolum a deo vel a ſanctis angelis. Et licet hoc de ſe nō ſit illicitū/ qñ fieret in neceſſitate ⁊ cū reuerētia/ tamē fit quadrupliciter cū peccato. Primo ſi abſq̧ vlla neceſſitate ad ſortes recurrat̄. hoc em̄ videtur ad dei temptationē pertinere vt dicit Ambro. ſup luc. Qui (inquit) ſorte eligitur humano iudicio nō deprehenditur. Secundo ſi quis etiā in neceſſitate abſq̧ reuerētia debita: ſortibus vtatur. Videant tales (dicit Beda ſup act. i.) hoc ipſos apl̄os non niſi collecto fratrū cetu/ et precibꝰ ad deū fuſis egiſſe. Tertio ſi diuina oracula ad terrena negocia conuertātur. Vñ Aug. ad inq̄ſitiones ianuarij. his qui de paginis euangelicis ſortes legunt/ ⁊ ſi optandū ſit ꝙ hoc faciāt/ id eſt permittendū ne maius malū fiat/ vt potius ꝙ̄ ad demonia conſulenda concurrant: tamen michi diſplicet illa cōſuetudo ad negocia ſecularia: et ad vite huius vanitatē diuina oracula velle cōuertere. Quarto ſi electionibus eccleſiaſticis q̄ ex ſpūſſancti inſpiratione fieri debēt: aliqui vtantur ſortibus contra prohibitionem. ex̄ de ſortil̄. ca. vlti. Nec obſtat ꝙ Mathias eſt ſorte electus. hoc eniꝫ adhuc non erat prohibitū. Item cū reuerētia ſpeciali ſpūſſancti īſtinctu fiebat: quod ī conſequentiā nō eſt trahendū. Unde ⁊ Beda vbi ſupra/ dato ſpūſancto/ ſtatim. vij. diaconi non ſortibus: ſed electione facti ſunt. ¶ Sortibus tamē b licite q̄s vti pōt quītupliciter. Primo qñ prefata vitat: licet vtat̄ ſorte in tēporalibus dignitatibꝰ qꝛ talia officia ordināntur ad terrena diſponēda. Secūdo in diuiſione rerū temporaliū: dū modo vitentur vicia prius tacta. Tertio qñ neceſſitas aliqua ab electione dignitatꝭ eccleſiaſtice īmineret. Tūc em̄ licitū eſt cū debita reuerētia ſortibus diuinū auxiliū īplorare. Vñ aug. in epl̄a ad honoratū. Si inter dei miniſtros ſit diſceptatio/ qui eorū in tpe ꝑſecutionis maneāt in fuga omnium et qui eoꝝ fugiant/ ne morte eorū oīꝫ deſeratur eccl̄ia: ſi hec diſceptatio aliter nō poterit terminari: quātū michi videtur q̄ maneāt/ et qui fugiāt/ ſorte eligendi ſunt. Et hoc mō vſi ſunt ſortibus ſancti viri/ qui in veteri et nouo teſtamēto legūtur vſi fuiſſe ſortibus. ſicut Joſue achor reperit. ibidem. vij. Saul ionathā. i. re. xiiij. ⁊ Zacharias ſorte exiit. Luc. i. Quarto licitū eſt. vt dicit Augu. i. de doctrina xp̄iana. Si tibi abūdaret aliq̄d qđ oporteret dare ei q̄ nō haberet/ nec duobꝰ dari potuiſſet. ſi tibi occurrerēt duo quorum neut̄ aliū vel īdigētia vel erga te aliq̄ neceſſitate ſuparet: nichil tutius faceres: ꝙ̄ vt ſorte eligeres cui dandū eſſꝫ qđ dari vtriq̧ non poſſet. De talibus ſortibus dicit̄ prouer. xvi. Sortes mittuntur in ſinū: ſed a dño tēperantur.

Quinto fit licite ſm Innocen.ꝛ Ho=
ſtieñ. pro litibus dirimẽdis ĩ his que
tẽporalia ſunt qñ fit ſorte ſimplici cũ
paleis vel hmõi. cõcordat Hamfred⁹.
¶ Capitulũ xi. recapitulat ſpecies ſu
perſtitionum de lupis.

DE alijs aũt ſupra enu
meratis modis ſup=
ſtitioſis vt melius a=
gnoſcãtur/ et vitẽtur
a fidelibus mouebũ=
tur plures breues et
vtiles q̃ſtiones/ nũe=
A ro.xlv. ꝛ ſoluẽtur. ¶ Primo tñ no=
tandũ eſt ſm Tho. ſcđa ſcđe. q.xcij. et
xciij. ꝙ cũ ſuperſtitio ſit religio ſupra
modũ ſeruata. Supſtitionis duo ſunt
genera. idolatria ſcilꝫ/ et diuinatio: ꝑ
quã quis aut occulta/ aut futura ĩue=
ſtigare nititur. per pacta aut occulta/
aut manifeſta inita cum demonibus.
Diuinatio ãt vt dicit Iſidorus li. viij.
ethimo. habet plures ſpecies. Et ſm
tho. numerãtur: de quibus ĩfra dicet
B diſtinctius. ¶ Una eſt preſtigiũ qua
oculi hominũ preſtrĩgũtur. Alia ſom
nioꝝ diuinatio. Tertia phitonica per
quã futura diſcuntur per viuos aut ꝑ
arreptitios aut per phitones. Quar=
ta necromãtia qua adhibitis precan=
tationibus quibuſdã/ et ſanguine: vi=
dentur reſuſcitari mortui/ diuinare/ ꝛ
ad interrogata reſpondere. Quinta:
geomãtia qua in materia terreſtri ſcꝫ
vngue/ ferro/ vel lapide futura prenũ
ciãtur per aliquas figuras vel ſigna
inaĩata. Uerũtñ ad hoc genus ꝑtinet
diuinatio que fit ex conſideratiõe eoꝝ
que eueniũt ſerio per protractionem
punctorũ: ſed ibi nõ fit inuocatio de=
monũ niſi tacita. Sexta idromantia
que in aqua idẽ facit. Septima aero=
mantia in aere. Octaua in igne piro
mantia idẽ facit. Nona ariſpitiũ: per
quod in viſceribus aĩaliũ ĩmolatorũ
in aris demonũ/ idẽ fit ſcilꝫ inueſtiga
tio occultoruꝫ vel futurorũ. Et ꝑ oẽs
iſtas ſpecies fiunt talia: per expreſſaꝫ
demonũ inuocationẽ. ſequẽtes aũt ꝑ
tacitam. Unde decima eſt matheſis q̃
ex ſideribus natiuitates hominũ con
ſiderat et diuinat futura. Undecima
eſt auguriũ a garritu auiũ dicta: licet
ſe extendat ad motus vel voces auiũ
ſeu quorũlibet aĩaliũ/ ſiue per ſterni=
tationes hominũ fiat vel mẽbroꝝ ſal
tus. Auſpiciũ tamẽ ab ĩſpectiõe auiũ
dictũ: ad oculos proprie pertinet. Au
guriũ vero ꝓpe ad garritũ auiũ. qꝛ
in duobus iſtis pĩcipaliter diuinatio
in auibus fieri ſolet. Duodecima eſt
omen: et fit in verbis/ et circa eadem
qñ quis verba hominũ certa intentio
ne dicta: alia intentione retorquet ad
futuruꝫ quod vult prenoſcere. Sicut
maximus Ualeri⁹ dicit. Oĩꝫ obſerua
tio aliquo cõtractu religioni ĩnixa eſt
qm̃ nõ fortuitu motu: ſed diuina ꝓui
dẽtia cõſtare creditur que fecit celos.
Tertiadecima eſt ciromantia. quãdo
alique diſpoſitiões figurarũ conſide=
rantur in aliquibus corporibus viſui
occurrẽtes/ vt ex lineamẽtis man⁹ o=
ſideratis. Quartadecima eſt ſpatula
mantia/ et eſt diuinatio facta in figu=
ris ſpatule alicuius aĩalis. Quĩtade
cima ſortilegiũ eſt: quod fit per conſi=
derationẽ figurarũ que ꝓueniunt ex
plumbo liquefacto in aquã proiecto.
ſiue ex quibuſdã cedulis ſcriptis/ vel
non ſcriptis in occulto repoſitis/ duꝫ
cõſideratur quis quã accipiat. vł etiã
ex feſtucis inequalibus ꝓpoſitis/ qs
maiorẽ vel minorẽ accipiat. Uel etiaꝫ
ex taxilloꝝ proiectione quis plura pũ
cta proijciat: vel etiã dũ conſideratur
quid aperienti librũ occurrat: que oĩa
ſortiũ nomen habent. ¶ Primo igi C
tur queritur de preſtigijs: quot mo=
dis oculi hominũ poſſint deludi. Eſt
aũt preuidẽdũ ꝙ preſtigiũ eſt ſenſuũ
quedã deluſio/ oculorũ preſertim. Et
dicitur a preſtringo: qꝛ aciem oculoꝝ
preſtringit. Dicit yſido. viij. eth. c. ix.
Ita ꝙ res videãtur aliter eſſe q̃ ſint.
Et vt Alexan. de hał. parte ſcđa dicit
Preſtigiũ ꝓpe ſumptũ: eſt illa illu=
ſio demonis q̃ non habet cauſam ex
parte mutatiõis rei/ ſed ſolũmodo ex
parte cognoſcẽtis qui deluditur/ ſiue

quantū ad īteriores ſenſus/ſiue quā-
D tum ad exteriores. ¶ Rñ. alexan. de
hal. parte ſecūda ꝙ tribus modis in
genere poteſt fieri pſtigiū. Una: Delu
ſio nāq; fit abſq; demonibus et artifi-
cialiter/ſola videlicz agitatione hoīz
oſtendētiū et occultantiū. Sicut fit in
traiectionib⁹ p ioculatores/vel p mi-
mos. Ali⁹ mod⁹ fit etiā ſine ꝟtute de
monū ꝛ naturalī ꝟtute qrūdā corpo
rū mineraliū: q̄ q̄ hīt poſſunt ſm quā
dā ꝟtutē hmōi corporib⁹ īditā rē oſtē
dere vel facere apparere nō ſicut eſt.
Uñ ſm Tho. prima parte. q. cxiiij. ar.
iiij. et ſm alios plures: quedaz herba
accenſa fumigans: facit trabes appa
rere ſerpētes. Tertius mod⁹ deluſio-
nis eſt qui fit per demones deo tamē
pmittente. habēt eñi demones quan
dam poteſtatem ex ordine nature ſu
per quaſdā res īferiores: quam poſ-
ſunt exercere circa iſtas res qñ deus
ſinit/et tunc etiā res apparent aliter
E ꝙ ſint. ¶ Poteſt eñi demon quinq;
modis aliquē illudere ꝙ iudicat rem
aliter ꝙ̄ eſt. Primo modo artificiali
traiectiōe. Scdo naturali applicatio-
ne alicuius rei de quibus dictum eſt.
quia poteſtatem habet in hoc plus ꝙ̄
homo et ſcientiā/et cū deus permittit
exequi. Tertio modo poteſt in aſſum
pto corpore ſe oſtendere eſſe aliquam
rem q̄ non eſt: vt lactucā. ſicut accidiſ
ſe videtur moniali: de qua refert Gre
go. i. li. dialogoꝝ. vel in maſſa auri. vt
de beato Antonio factū legitur. vl lu
pum. vt infra dicetur ſe oſtendere po
teſt. Et ſic tegere rē alienā ſuo aſſum-
pto corpore. Quarto poteſt turbare
organū viſus vt videatur res nubilo-
ſa que eſt clara: et hmōi. Sicut etiam
poſt fletū: lumen apparet aliter ꝙ̄ an-
te. Quīto mō in imaginatiuā poten-
tiam operando tranſmutatione ſpe-
cierum ſenſibiliū ſm Tho. vel humo
res varioſ mouēdo vt appareāt ignea
vel aquea/et huiuſcemōi. Sicut ī me-
lācolicis naturaliter fit/vel in mania
F cis. ¶ Queſtio ſecunda: vnde pro-
ueniāt res viſe: quas vident virgines
in ſpeculis ſiue vnguibus malefico-
rum: ad furta ſublata ꝛ huiuſcemodi
reperienda. Et cur malefici potius re
cipiunt virgines mares vel feminas
ꝙ̄ corruptos? Rñ. ſʒ Guiller. pariſieñ
in vltima parte de vniuerſo: ꝙ opere
demonū fit per modum vnum vl plu
res precedenti dubio expreſſos. Uir-
gines autem tantum ad hoc idoneas
demon mentitur triplici de cauſa: licʒ
corruptis idē oſtendere valeret. Pri
ma vt fingat falſo ſe caſtitatem ama-
re/quam odit. quia caſtiſſimā virginē
ſumme odit que contriuit caput eiuſ-
dem ſerpentis vnde inſidiatur calca-
neo eius. Unde deus ait ſerpenti. inī
micitias ponam inter te ꝛ mulierem/
et ſemen tuū et ſemen illius. ipſa con
teret caput tuum: ꝛ tu īſidiaberis cal-
caneo eius. Geneſ. iij. Secundo vt ſic
aīas maleficorū et eis credētiū deci-
piat/ad amicitiā demonū īclinatas p
īfidelitatē viciū ſub ſpecie boni nō ſub
ſpecie mali. Tertio vt corpora ſic le-
dat īnocentū vel min⁹ viciis īfectoꝝ.
Nam poſtea vt per experientiam pa-
tet: tales habent viſum frequēter hor
ribiliorem ꝙ̄ antea ex veſtigiis demo
num relictis in oculis vel facie viden
tis. ¶ Queſtio tertia: an veritas ali G
qua ſubſit his que dicūtur de monte
veneris. vbi cum pulcherrimis femi-
nis dicuntur quidā frui luxuria et vo
luptate ad placitum? Rñ. guiller. vbi
ſupra. li. de vniuerſo ꝙ fictitiū eſt totū
licet demonū opere tales homines il
ludantur modis tactis in primo du-
bio: vt ī veritate eis fieri videatur: qđ
tātum in apparentia fit. Unde refert
ꝙ quidā miles ſe ſic putabat frui qua
dam femina luxurioſe: qui euigilans
ſe reperit in luto quodā/realiter am-
plecti quoddā cadauer mortue beſtie
¶ Queſtio quarta: an veritas ſit (qđ H
quedam in linea rheni bigutte famāt
et eis credentes) de quodam monte
circa Bernenſe oppidum: in quo re
feruntur eſſe abſconditi in antro vi-
ri et femine deuotiſſime viuentes nul
lam cōmunionem habētes cum aliis

fidelibus:niſi ꝙ in feſtiuitatibus pro
ſacramentis recipiendis transferun-
tur per aera ad quoſdam ſibi notos
preſbyteros in parrochiis? Rň. ꝙ de-
monis iſta opera ſunt prout funditꝰ
inueſtigaui:et laquei innocentum ſi-
cut in precedentibus duobus dictum
eſt dubiis. Noui enim quandam de-
uotam ſanctimonialem:quam diabo
lus quidam multo tempore īpugna-
uit etiam viſibiliter:qui hanc de mo-
naſterio conabatur educere illeſam
ſub tali de quo querit mendacio: ſed
mentita eſt iniquitas ſibi. Nam ipſa
reſtitit de conſilio prudentum/et de-
monē nō curauit. ¶ Queſtio quīta
Quid ſentiendū eſt de nocturnis ex-
ercitibus qui aliquando dicuntur vi-
deri/et vnde proueniant tales appa-
rentie/et cur apparent? Rň. ſm Guil
ler. vbi prius. Et ſm Tho. in. iiii. diſt.
xlv. Q ꝫ aliquando viuentibus tales
apparent. Et poteſt contingere ꝙ ſep
tem modis fit apparentia talium ex-
ercituum. Aliquando opere et preſen
tia bonorum angelorū/ ſicut Heliſeo
factum eſt in adiutorium contra Sy-
rios eum capere volentes. iiii. Reg.
vi. Aliquando fiunt exercitus demo-
num ab eiſdem viuos deludere volē-
tes:ſicut rex demonum cum ſuis ap-
paruit beato Martino in ſpecie chri-
ſti martinum coronare geſtiens pro
meritis. Ita in vitas patrum de qui-
buſdam legitur. Item in libro dialo-
gorum beati Gregorii de congrega-
tione demonum iudicia īter ſe diſcer-
nentium ſuper reos legimus. Aliquā
do fit apparētia ſanctorum in patria
exiſtentium:qui propria virtute ad vi
uos veniſſe leguntur eis in adiutoriū
ſicut ſanctus Felix martyr/ qui ciui-
bus Nolanis apparuit a Barbaris
obſeſſis. et idem credēdum eſſe de a-
liis ſanctis prout Augu. recitat libro
de cura pro mortuis habenda. Aliqñ
fit ab animabus que ſunt in purga-
torio vt ſuffragia expetant. vt beatus
Grego. iiii. dialogoꝝ probat multipli
citer. Et guiller. ſimiliter. Aliquando
fit ab animabus damnatis ad erudi-
tionē hominū/et ad terrorem. Aliqñ
fieri poteſt eruditione ꝛ īmiſſione bo-
norum angelorū in ſpiritum viuētis
alicuius ſine reali apparentia. Aliqñ
etiā fieri poteſt mera deceptiōe demo
num/ſicut in primo dubio dictum eſt.
Ex quo ptꝫ falſum eſſe ꝙ dānate ani-
me nunꝙ infernū exeant:īmo hoc ali
quādo fit (dicit ſanctus Tho.) ſed pro
tūc dānationē ſecum ferunt. Vñ dicit
Tho. etiā modū quo iſte apparitiōes
fiūt aſſignādo. Quāuis īquit aīe ſan
ctorum/vel dānatoꝝ preſentialiter aſ
ſint vbi apparēt:non tñ credendū eſt
hoc ſemper accidere. Aliqñ enī hmōi
apparitiōes fiunt vel in dormiēdo vel
in vigilādo operatiōe bonoꝝ vel ma-
lorum ſpirituū:ad inſtructionē vel de
ceptiōeꝫ viuētiū. Sicut etiā ꝛ viui ho
mines aliqñ aliis apparēt/ꝛ eis mul
ta dicūt in ſomnis/cū tñ cōſtet eos nō
eſſe pſentes:ſicut aug. ꝑ multa exem-
pla probat in li. de cura pro mortuis
habēda. ¶ Queſtio. vi. an verum ſit
ꝙ aliq̄ hoīes ſint ſiluestres? Rň. alb.
in de aīali. ꝙ ſic/vel ſaltē mōſtra hoīꝫ
ſunt. Sunt enī in quītuplici differen-
tia q̄ in ſiluis apparēt in humana ſpe
cie. Aliqñ veri hoīes rationales:ſicut
plures patres ſancti legūtur in vitaſ
patrū:nudi ꝛ hirſuti quodāmodo/vl
tecti foliis heremiticā vitaꝫ ſoli duxiſ-
ſe. Et aliqñ ꝑ beſtiis a tirānis a caſu
in retibꝰ feraꝝ capti. Aliqñ ſunt mō-
ſtra quedā in humana natura rōnabi
lia tñ ſicut ſatyri:qualē vidit btūs an-
tonius cū Paulū pmū heremitā q̄ſi-
uit. ſicut ſcribit beatus Hiero. Ait enī
ſatyrꝰ ille ad antoniū. Mortalis ego
ſum:vnꝰ ex accolis heremi/legatione
fungor gregis mei:p̄camur ꝙ vt ꝯmu
nē dñꝫ ꝑ nobis dep̄ceris: quē ꝑ ſalu
te mūdi oliveniſſe cognouimꝰ ꝛ ī oēꝫ
terrā exiuit ſonꝰ eius. Erat aūt homū
tio adūcis naribꝰ frōte cornibus exa-
ſperatus/cuiꝰ extrema pars corporis
in capraꝝ fines deſinebat. Aliqñ ſūt
qui apparēt veri homines: ſed negle
cti/ꝛ velut beſtie facti ſicut hodie ſunt

ꝙ corpus hominis mortui reuiuiſcat
Qȯ ſi fieri videaṫ:apparētia eſt ſicut
N oſtēſum eſt q̄ſtiōe pma. ¶ Queſtio
nona. Unde ergo ꝑuenit ꝙ quidā lu
pi tam crudeliter aſtute et particula=
riter homines comedunt? Rn̄. ſꝫ Al=
ber. in de aīalibus/et ſm alios: ꝙ ex
ſeptem cauſis ꝑuenire poteſt. Aliqn̄
ꝑpter famis augmentū:ſicut ⁊ cerui
aliquādo ⁊ alie beſtie hoībus appro=
pinquant. Aliquando ꝑpter ferocita
tem viriū. In frigidis em̄ regionibus
ſunt corpore minores ⁊ magis aſpe=
ri ⁊ feroces: ſicut etiam tp̄e coitus: et
quando habent catulos:vt Ariſto. di
cit li. de aīalibus ſunt magis ſeui:ſi=
cut canicule. Aliqn̄ ꝑpter aſtutiam/
et ſeniū. Lupi em̄ quanto ſunt ſenio=
res:tanto deteriores/et nocent homi
nibus:quia non poſſunt venari beſti
as ꝑpter etatem/et dentes eoꝝ ꝯſtri
guntur. Aliqn̄ ꝑpter experiēntiā hu
manarū carniū:que qꝛ optime cōple
xionate ſunt et ꝑ ꝯñs dulciores ſunt.
Unde ſicut voluptas leccatorē trahit
ad voluptuoſum cibū : ſic hūane car=
nes a lupis/aut ī ſepulchro / aut poſt
bellū hominū/vel alio modo guſtate
Aliqn̄ ꝑpter cerebrū rabidum. Effi=
ciunṫ em̄ ſicut canes rabidi:⁊ tūc quē
cūqꝫ inuenerint trucidant:ſicut et ca=
nes aliqui. Aliquādo ꝑpter operatio
nem demonū/vt hoīes credāt hoīes
et vetulas falſo in beſtias mutari/ſi=
cut pagani putabant. Unde demōis
opere potuit illud fieri qȯ refert Uin
cē. in ſpeculo hyſtoriali. li. vi. c. xl. In
gallia inquit ante xp̄i incarnatōnē/ ⁊
ante bellū punicū/lupus vigilie vagi
na gladiū abſtulit Et guilꝉ. vbi ſupra
refert de quodam viro qui ſe cōuerti
putabat in lupum certis temporibus
quibus in antris latitabat. Illuc em̄
certo tp̄e iuit/⁊ opere demonis velut
dormiens iacuit:⁊ ſibi interim cum ſi
xus maneret:videbatur ꝙ lupus ip̄e
factus circūiret pueros deuorādo Et
cū illud realiter ſolum demon quēdā
lupū poſſidens faceret:putabat falſo
ſe ſomniās circūire:quo mō tādiu de
mentatus eſt vir ille: quouſqꝫ inuen=
tus eſt iacere in ſilua raptus mentali
ter. Aliquando etiā fit ꝑpter occultū
vel manifeſtū dei iudiciū/ ꝙ demonū
vel diuino inſtinctu lupi ꝑpter pecca
ta parentū vel pueroꝝ / tales dānifi=
cant:ſicut factū eſſe legimus. xlij. pue
ris/q̄ deridēdo heliſeū/dicēdo. Aſcē=
de calue:Aſcende calue:a duobus vr
ſis de ſilua exeuntibus ſtatim iugula
ti ſūt. iiij. Reg. ij. Et de leone q̄ ꝓphe
tam dei iuſſum non implentē occidit.
iij. Reg. xiij. Sic etiā vt in hyſtorijs le
gimꝰ tp̄e Auiti ep̄i vien̄. Letanie mi=
nores que ante aſcēſionē dn̄i celebrā
tur triduo/inuente ſunt:qn̄ lupi ciui=
tates intrantes ibi hoīes vorauerunt
publice. Hec deus cōminatus eſt Le
uiṫ. xvi. dicens. Si nō feceritis man=
data mea:emittā in vos beſtias agri:
que cōſumant vos ⁊ pecora veſtra. Et
deuṫ. xxxij. Dentes beſtiarū īmittam
in eos/cū furore trahentiū ſup terrā
atqꝫ ſerpētiū. Qȯ oſtēdit deꝰ effectu.
iiij. Reg. xvij. qn̄ leones īmiſit qui de
uorabant idolatras in terrā ſamarie
loco verorum dei cultorum poſitos.
¶ Queſtio decima. Quid de raptis O
feminis in angaria ⁊ alꝉs/ q̄ reſtitute
ſenſibꝰ mira dicūt de animabꝰ ī pur=
gatorio/in inferno: de furtis ꝑditis/
⁊ ſimilibꝰ? Rn̄. ꝙ ſupſtitioſe agūt iſta
ope demonū deluſe:ſicut in pma que
ſtione dictū eſt. Nec obſtat ꝙ cande=
lā aduſtā nō ſentiant qn̄ ſunt in raptu
quia diabolus mentē interiorem ſic
ſtringit:ꝙ exteriꝰ nichil ſentiunt. Si
cut fit aliquādo in melācolicis/vꝉ eti
am naturaliter. Sicut de quodā viro
noīe reſtituto refert btūs augu. de ci.
dei q̄ quādo voluit rapiebaṫ a ſenſibꝰ
adeo ꝙ etiam vellicantes nō ſenſit.
¶ Queſtio. xi. Utrū demones ſint q̄ P
nocturno tp̄e in collis equoꝝ q̄ſi ſtre
pas faciunt de crinibus/vbi gutte ce
ree reperiunṫ/et plura in ſtabulis be
ſtiarum facere videntur? Rn̄. Guilꝉ.
ꝙ ſic/niſi homines talia ex aſtutia fa
cerent artificialiter. ¶ Queſtio. xij. Q
Utrum demonū ope cāpſiones pue=

ROMA

roꝛum ſiant/ſic ꝙ infantes ponanẗ q̄
non impinguantur / ſed ſemper miſe
ri ſunt? Rñ. Guilẗ. ꝙ ſic. qñ parentes
infantes non oꝛationib⁹ ⁊ cruce mu-
niũt: tunc eñ demon vicē infantis ge
rere poteſt vel trāſlationē facere deo
pmittente. Uix tñ talia ſunt credēda
fieri ope demonũ: niſi litteratoꝝ iudi-
B cia aſſint. ℂ Queſtio. xiiij. Utrũ de-
mon localiter poſſit tranſferre aliquē
hoiez de loco ad locũ inuitũ? Rñ. guilẗ.
ꝙ ſic. Sicut etiam bon⁹ angelus tu-
lit ī circinno capitis abacuc de iudea
in caldeā. Exemplũ aliud habes du-
bio. iij. Sed vt in p̄cedēti dubio dictũ
eſt ⁊ in ſolutiōe p̄mi dubij: credenduz
eſt talia ſolũ vt plurimũ in ſpũ / id eſt ī
imaginatiua hominis fieri / nō realiẗ
niſi foꝛte raro vt tenet dñs Alber. et
Udal. in ſumma. Q꞉ autem aliquan
do coꝛpoꝛaliter fiat ⁊ localiter ptꝫ de
de puero quinquēnij cuiuſdā nobiliſ
ſimi viri: q̄ puer monachus ꝯtunc fa
ctus a monaſterio nocte illatus eſt pi
ſtrino clauſo. vbi repertus mane / ſe p
quoſdam dixit ad magnũ ꝯuiuiũ de-
latum et vt comederet iuſſum: ⁊ p ſu
perioꝛa a piſtrino īmiſſũ: vt refert pe.
damiani. Et habeẗ ī ſpeculo hyſtoꝛia
li. lib. xxvi. c. xliij. Q꞉ aũt aliqui ma-
leficiati vel amoꝛe mulierum capti di
cũt ſe nō poſſe cōtinere: quin opoꝛte-
at eos currere ad amaſias: verum eſt
in parte / et in parte falſum. Nam ſi
dei gratiā vellent inuocare / et facere
qđ ī ſe eſt vt ꝯtererenẗ de peccatis: de
us illa eis dimitteret et gratiam īfun
dendo robur reſiſtēdi demoni tribue
ret. Et ſic eos ad peccandũ nemo poſ
ſet cogere vel mouere localiter. Sed
ſi illa rēnuũt: nō mirũ eſt ſi in poteſta
te demonis poſiti: eoꝝ dñs eis domi-
naẗ diabolus / vel voluptatꝭ appetit⁹.
Dicit eñ beatus augu. in omelia ſup
illo verbo Iohā. vi. Nemo poteſt ve-
nire ad me niſi pater me⁹ traxerit eũ.
Trahit vnũquēq꞉ ſua voluptas: oſten
dis oui viridem ramũ: ⁊ te ſequiẗ nul
lo ſcꝫ coꝛpoꝛaliter trahente. Sic chꝛi-
ſoſto. dicit ſup Math. xx. ꝙ aſina quā

xp̄s equitauit: ꝙ cũ demon voluntatē
homīs peccato poſſidet: quaſi ad libi
tum trahit quo placet. Exemplũ dās
de naui in mari perdito gubernaculo
que ad vēti libitũ pꝛoijcitur: ita equo
potenter inſidens: ita rex tyꝛanni ha-
bēs poſſeſſionem. ℂ Queſtio. xiiij. S
Quis faciat illos ſtrepitus ⁊ luſoꝛia
illa que audiuntur aliquādo / et viden
tur: vt in inquietationibus domoꝛum
nocturnis / vbi ꝓijciuntur lapides / vẗ
inquietantur pulſu homīes / vel vidē
tur incendi fantaſtici ignes / vel alie
ludicre operatiōes? Rñ. ſm Guilẗ. et
Caſſianũ in colla. patꝝ. Quādoq꞉ il-
la fiunt / ⁊ ſepe ope demonũ taliũ / qui
plus nocere non poſſunt homīb⁹: ni-
ſi in talib⁹ poteſtate diuina ligati. Ri
diculoſi eñ ⁊ tales inutiles effectus
demonũ malignoꝝ opera oſtendunt.
Aliqñ fiunt ſtudio malignoꝝũ homi-
nũ: qui domos volunt euacuari ho-
minib⁹ / vel lucrari tēpoꝛalia ſub titu
lo falſo apparentiũ aiarũ / vel ſub il-
lo pꝛetextu introducere luxuriam / vẗ
furtũ cōmittere. Aliqñ etiam fieri pñt
ex curioſitate hoīm volētiũ terrere ꝓ
ximos ioco / vel ex fantaſticis ⁊ melā
colicis debilitatibus: put experiētia
docet in pꝛefatis eos q̄ mũdũ īmũdũ
nouerunt. Anime eñ ſiue ſint damna
te / ſiue in purgatoꝛio / ſiue in celo: nul
latenus ſunt credēde talia facere: qꝛ
pꝛimis nō legiẗ pmiſſum: reliquis qꝛ
in charitate ſunt: iſta truffatoꝛia inti-
lia nō conueniũt. Unde nō eſt dubiuz
quin demones aliquādo tales etiam
inquietudines faciant: vt erroꝛ paga
nicus redeat: quo credebaẗ aīas de-
functoꝝ circa tumulos / vẗ circa aras
habitare / non in inferno: ſi aũt adeſ-
ſent anime de purgatoꝛio: tales veri
ſimiliter / aut vtilia opa / vẗ ſalubꝛia fa
cerent et oſtenderēt / aut auxilia a vi-
uis peterēt. Sicut beatus Grego. po
nit exemplum in. iiij. dialogoꝛum.
ℂ Queſtio. xv. An demones poſſint T
et audeant grauiter homines ledere?
Rñ. ſꝫ Tho. ꝙ ſic. poſſunt eñ deo p-
mittente quītupliciter ledere / videlꝫ

in rebus:fama:corpore:vſu rōnis: et
in vita. De rebus p̄tz Job.i.et.ij.cui
pecora/ domū abſtulit ꝛ liberos. De
fama p̄tz in legenda beati hiero. vt re
fert Jo.an.ī hieronymiano: ꝙ diabo
lus ſe trāſſormauit in formam ſcti ſil
uani ep̄i ī nazaret amatoris hierony
mi. Qui demon primo feminā nobi=
lem nocte in lecto ꝓcare et ꝓuocare
cepit ad luxuriam verbis/et deīde fa
ctis ſollicitauit ad malū:q̄ cū clama=
ret:demon in ſpecie ep̄i ſancti ſub le=
cto femine ſe abſcondit: vbi requiſit⁹
et inuentus:ꝑ luxurioſa ꝟba ſe men=
titus eſt eē ep̄m ſiluanū. Jn craſtinuz
igit̄ ſanctus vir diſparēte diabolo:dif
famatus eſt grauiſſime/q̄ infamia tā
dem circa ſepulchꝛū ſancti hierony.
fatente diabolo in obſeſſo corꝑe/ pur
gata eſt. De corpore patet in btō iob.
q̄ ꝑcuſſus eſt a demōe vlcere peſſimo.
iob.ij. De tali refert Sigiſbert⁹.ꝛ Ui
cen.in ſpeculo hyſtoriali.li. xxv. cap̄.
xxxvij.ꝙ tēpore Ludouici ſcōi impa=
toris in ꝑochia magūtina q̄dam de=
mon p̄mo ſepe lapides iecit / et quaſi
malleo ad domos ꝑcuſſit. Et deinde
publice loquēdo/furta ꝓdēdo/ et di=
ſcordias ſeminando:plures inquieta
uit:deinde omnes cōtra vnū irritauit
cuius hoſpitiū vbicūq; manebat incē
dit:ꝛ ob illius peccata omnes pati af
firmauit. vnde tandem tm̄ agros pro
hoſpitio habere potuit: ꝓpter qđ cuꝫ
pbr̄i letanias celebrarent multos la=
pidū iactibus demon vſq; ad cruenta
tionem leſit:aliquādo quieuit : aliq̄n
ſeuit:ꝛ ꝑ triēniū iſta cōtinuauit q̄uſq;
ibidem om̄ia edificia incendio ꝯſum
pta ſunt. De nocumento vſus rōnis ꝛ
vexatione inferiorꝫ ſenſuū p̄tz in poſ=
ſeſſis ꝛ arreptitijs/ꝑ euangelicas eti
am hyſtorias de morte: et ꝙ vita etiā
quoſdā priuat:p̄tz thobie.vi. de ſeptē
viris ſare virginis occiſis:q̄ ꝓpter lu
xurioſum effrenē appetitū in virginē
ſaram/eiuſdem nō erant digni matri
a monio. ¶ Queſtio.xvi. Utrū male
fici poſſint veraciter ſuis maleficijs
homines ledere/ ꝛ ſi ſic quibus mo=
dis:et quibus rebus? Dicuntur autē
malefici vt dicit yſido. viij. ethimolo.
ca.ix. ob facinorū magnitudinem : hĭ
elementa concutiūt ſcilicet opere de=
monū:turbant mentes hominū : ac ſi
ne vllo veneni hauſtu/ violentia tan=
tum carminis interimūt vt Lucanus
dicit. hec yſido. Rn̄. ſm Tho. in.ij.cir
ca diſtin. vij.et.viij.et in quarto. diſtī.
xxxiiij.et cōmuniter ſm omnes theo
logos ibidem ſcribentes : ꝙ malefici
omnibus iſtis modis poſſunt ꝓcura
re leſiones in hoībus et eorū rebus
cooperante demone:in quibus demō
poteſt ſolum ledere vel decipere:de q̄
bus modis iam dictum eſt a p̄ncipio
huius materie de ſupſtitionib⁹/p̄ſer=
tim queſtione īmediate precedenti vi
delicet. xv. de hoc etiā infra dicetur.
Non autem faciunt iſta īmediate ma
leficoruꝫ opera/actione propria ꝛ im
mediata:ſed talia fiunt per demones
qui viſis maleficijs immediate ex pa
cto dudum cum maleficis a pricipio
mūdi/ꝛ tempore veteris idolatrie ha
bito:ſciunt qualem effectum debent
ad intentionem maleficorū procura=
re:vt exempli gratia Scopa quā ma
lefica intingit aque vt pluat : nō cau
ſat pluuiā/ſed demon talibus viſis/q̄
(ſi deus permiſerit) poteſtatem habꝫ
in omnia corporalia/et in aerem/ven
tos / et nubes vt ſtatim talia procu=
rare/et cauſare valeat. Maga ſiqui=
dem ſignum dat per ſcopam:ſed de=
mon illud procurat : et agit vt pluat
per demonis actionem cui maga ma
la fide et ope ſeruit/et ſe tradidit ob=
ſequijs illius vel alijs. Sic quando
imaginem ceream vel ſimile ad ma=
leficiendum aliquem/ maleficus fa=
cit: vel quando maleficio alicuius in
aqua vel plumbo imago apparet:q̄c=
quid moleſtie infertur tali imagini/
tale experitur fieri imaginato / id eſt
homini maleficiato: puta pūctura vl̄
alia leſura quecūq;:que leſio realiter
quidem infertur imagini per malefi=
cū vel per aliū hoīeꝫ: ſed inuiſibiliter
demon maleficiatum hominē eodem

modo ledit dei permiſſione/ſi deme=
X ruerit reus. ¶ Queſtio.xvij.an lici
tum eſt talia malefica tollere? Rñ.ƒʒ
doc.ſub di. Aut tolli poſſunt ſine ſup
ſtitioſis mōis/vt per licitū exorciſmū
aut per orationē/vel ītercellionē ſan=
ctorum/ vel per ſacramentalē malefi
ciati confeſſionē/vel per p̄ſciſam oſtē
ſionē ſeu iudicationē alicuius qui ſcit
vbi eſt imago/vel per ſolū motū loca=
lem/vel modo congruo ſimili:⁊ ſic eſt
licitū. Aut nō poſſunt tolli niſi per ſu=
perſtitioſum modū vel per noua ma=
leficiorū opera.et ſic eſt illicitū.q2 ƒm
Ro.3.b aplm nō ſunt facienda mala:vt eue=
Y niant bona. ¶ Queſtio.xviij. An ne
hi qui in caritate ſunt ledi poſſint per
maleficos ſicut hi qui ī pctō mortali
ſūt? Rñ.ƒʒ Caſſianū ī collatiōe patrū
ꝙ nequaꝙ̄.boni enī in rebus per de=
monē et ſuos ledi poſſunt in meritūʒ
eoꝝ et probationē.vt in bonis fortu=
ne q̄ ſunt exteriores res/fama/⁊ ſani
tate corporis. Sicut de beato Job pa
tuit qui in talibꝰ leſus fuit per demo
nem.ſed in nullū pctm/bonis hoibꝰ
inuitis per maleficia trahi poſſunt:lʒ
temptari valeāt ab intra ⁊ in carne eē
ſed nullatenꝰ violētari. Sicut enī po=
nit exemplū Caſſianus de duobꝰ ma
leficis:qui beatū Antoniū per tres de
mones ſucceſſiue miſſos de cella mo
uere nequerunt:lʒ temptatū ſe p hoc
ſentiret. Sed q2 ſigno crucis/⁊ orone
tēptationi reſtitit:inefficacia oīm fuerēt
maleficia. verū in pctōribus demō po
teſtatē maiorē hʒ et magnā. Unū veri=
tas ait Luc.xi. Cū fortis armatus cu
ſtodit atriū ſuūʒ:in pace ſunt oīa que
poſſidet. Si aūt fortior ſupueniēs vi=
cerit illū:vniuerſa arma eius aufert ī
quibus confidebat. ¶ Queſtio.xix.
Z Cur malefici inſtrumēta ſue malitie
p ſacramēta eccleſie/vel p alia diuina
tangi pcurāt: vt filum trahendo per
criſma ſacrū/vel imaginem cereā ſub
mentiū eſt ibi culpas agnoſcere: vbi culpa nō eſt. B̄ñ.tho. Q̄ꝫ ad bonitatē mentis ptinet vt homo ad iuſtitie pfectionē tendat. ideo in culpā reputat: non ſolū ſi deficiat a cōmuni iuſtitia q̄ vere culpa eſt: ſed etiā ſi deficiat a iuſtitie pfectione: q̄ qn̄qꝫ culpa non eſt. nō aūt culpā dicit: quod pro culpa nō recognoſcit/ quod ad ironie mēdaciū ptinet. Nota tñ ꝙ ironia per defectuꝫ proprie opponit iactantie. q̄ ambo cō ſiſtunt in verbis. in factis aūt videtur aliquid opponi hypocriſi per diminutionē ſuo modo ſicut de ironia.

¶ Ca.xvi. De p̄ſumptione nouitatū.

Duodecimo prohibetur preſumptio/ ſiue ſit nouitatum ſiue alia. ¶ Vñ eccl.xxxvij A
O preſumptio nequiſſima vnde creata es? glo. a mala voluntate/ ſcꝫ deficiente. Ubi notandū ꝙ preſumptio q̄dam eſt bona: qua ſcꝫ in quibuſdā id quod in nobis eſt/ facimus: et de reſiduo in diuinū auxilium ſperamus/ et de deo preſumimus. Alia mala q̄ qs de ſe inordinate ꝛ nimis confidit. De vtraqꝫ dicitur Judith. vi. Qui nō deſeris p̄ſumētes de te. ꝛ de ſe preſumētes humilias. Mala preſumptio ē duplex. Quedā vocatur p̄ſumptio nouitatum: que eſt filia inanis glorie. fm greg. Alia eſt p̄ſumptio reſpectu aliorum illicite que etiā nō habēt nouitatem ſeu āmirationē ſpecialē. Itē q̄dā eſt p̄ſumptio que eſt pctm̄ in ſpm̄ ſanctum. Alia eſt pctī alleuiatiua. de qb⁹ duabus habes ſupra in p̄mo p̄cepto/ videlꝫ de ſpe. Eſt igitur p̄ſumptio q̄ntuplex. Prima bona de meritis/ vel de dei bonitate confidētia humilis. Secunda pctī excuſatiua in parte: ſed bene faciēdi ptelatiua. Tertia p̄ſumptō generalis. Quarta ſpecialis q̄ dicit nouitatū preſumptio. Quinta peccatum in ſpiritū ſanctū.
B ¶ De preſumptione igitur nouitatū: primo aduertendum ꝙ nouitatum inuentio eſt triplex. Quedā licita ꝛ virtuoſa: vt modus acquirendi perfectionē vite ſpiritualis. Sic ſamuel cuneos reperit ꝓphetarū. Dauid cantorꝫ numerꝫ. Helias anachoreſim/ in veteri teſtamēto Jn nouo Johannes baptiſta. Itē maria ꝛ Joſeph matrimoniū v̄ginem. Antonius monachatū. vel poti⁹ xp̄s vel iohannes baptiſta. fm criſo. Alia eſt vana et ſupflua vel modicū peccatum: vt ſubtiliter in artibus laborādo/ in alchumia/ ꝛ in aliis experientiis vltra q̄ oportet ſe occupādo. Tertia eſt nouitatum inuentio vicioſa/ q̄ nouus peccandi mod⁹ reperitur. per quē alii pficiētes: in malis imbuūtur.
¶ Secundo notandū ꝙ hoc viciū multis generibus hoīm ſe iflectit. C
Primo i hereticos: qui de ſuo igenio p̄ſumentes noua confingūt. Scd'o in religioſos: qui ꝯtra vel ſupra ſtatuta ſeniorꝫ ſicut phariſei ſingularia quedā interdū cōfingūt viſiones/ vt ſancti appareāt et ſicta. Tertio i artifices mechanicos vt ſutores/ ſartores/ fabros ꝛ etiā hoīes ſe ſupbe veſtiētes. Quarto i mercatores: cū cōtractib⁹ raris/ cābiis/ reemptiōibus vitalicijs/ ꝛ finibus vanis. nā cū per vſurā manifeſtā lucrari non audeant p auaros cōtract⁹/ tanq̄ variis viis ad lucrū tendūt. Quīto iudices/ ſcabini/ aduocati/ ꝛ hm̄oi nouis mōis iuſtitiā defendētes. Sexto dn̄i tp̄ales nouos modos illicitos exactionandi reperiētes in taxis/ in ſteuris/ ꝛ in ſimilib⁹. Septimo clerici ꝛ religioſi nouos modos cātādi theatricos ꝓpter queſtū vl' ob apparentiā reperientes
¶ Tertio notādū q̄n ſit mortale. D
Nā q̄n aliqs p̄ſumit aliqd iuenire de ſcīetia vt nouos errores: vt alios i errorē ducat. vl' nouos modos qb⁹ alios notabiliter depr̄mat. vl' exactionē idebite iueniat: vel i finē q̄ tēdit vt in mortale pctm̄ aliquē iducat. Jn his ꝛ aliis q̄n caritati dei vel proximi repugnat ſic ſupra dictum eſt: mortale pctm̄ eſt. Et q̄ quis particeps efficit in malis ſequētibus que qs p̄mo iuenit: valde latum peccatum eſt ꝛ periculoſum/ nouitatū inuentio illicita. vt inuentores veſtium ſuperbie deſeruientiū: nouarum cantilenarum/ et ſimilium.

E ¶ Quarto notandū ꝙ ꝗuis nõ ſem-
per ſit pctm̄ mortale nouitatū inuen
tio:tñ ꝑiculoſum eſt vt oñdunt plura.
Primo vt dictum eſt/ꝙ aliqs tot ma
loꝝ hic ꝑ pctã/⁊ ĩ futuro ꝑ penas par
ticeps efficiẗ:quot malis aliijs futurĳ
⁊ p̄ntibus hoĩbus occaſionem ꝑ inuẽ
tionẽ nouã ãmiſtrat. Scḋo qꝛ oẽs in
uentores nouitatū illicitaꝝ:oẽs mali
fuerunt/⁊ filĳ hoĩm. Nam p̄mus in-
uentor auaritie fuit cain:q̇ p̄mus ciui
tatẽ fecit. Geñ.iiij. Iniuriam faciẽs il
luc fugit:menſuras fecit/⁊ terminos
in agris ſtatuit. Ab iſto cain ſeptimo
gradu deſcendit lamech: qui primus
bigamiã repit:⁊ ſic p̄mus adulter fu-
it. Huius filĳ ⁊ filie oẽs fere curioſas
artes reperiẽt: vt habes Geñ.iiij. qꝛ
ci⁹ filius iabel pater fuit habitantiū ĩ
tẽtorĳs. Tubalchain p̄mus ſculptu-
ras metalloꝝ curioſas fecit. Noema
filia primo variam texturã reperit:cū
a p̄ncipio a deo aĩaliū pellib⁹ cooperi
menta fuerint ordinata. Tubal ipſe
fuit pater canẽtiū ĩ cithara ⁊ organo.
hec oĩa Geñ.iiij.et lib.ĳ.ſpecu.hyſto.
vincentĳ. Ibi etiã cū oĩ ſua cognatiõe
diluuio interierũt. Tertio qꝛ oẽs qui
poſtea auxeruntvel dilatauerũt noui
tatum inuentiones mali fuerũt/⁊ mi
ſerabiliẗ mortui vt ex martiniana pa
tet hyſtoria:vbi legitur ꝙ tulli⁹ hoſti
lius tertius de p̄mis regib⁹ romano-
rū/ſcȝ poſt romulū ſecũdus q̇ prim⁹
purpura eſt vſus:⁊ tãdem cū tota do-
mo ſua fulmine arſit. Nero impator
et quīt⁹ ab octauiano q̇ piſcabaẗ rhe
tibus aureis q̄ ſericis funibus exten-
debanẗ/nullã veſtẽ bis induit/ſoleas
argenteas mulis fecit: tandẽ a roma
nis de palatio fugatus extra romam
ſeip̄m ĩterfecit.et a lupis dẗ comeſt⁹.
Aureli⁹ ĩpator romanus/p̄mū apud
romanos diadema capiti ĩuexit gem
mis:fulmine corripiẗ:ſȝ nõ moriẗ/tã
dẽ fraude ſerui ſui occiſus eſt. Diocle
cianus ĩpator/p̄mus gẽmas veſtib⁹/
calciamẽtiſq; ĩmiſit. Cū oẽs retro p̄n
cipes ſola purpura vterenẗ:tandẽ ve
neno periit. Tarquinius ſuꝑbus rex
romanoꝝ a romulo ſeptimus/excogi
tauit oĩa tormentoꝝ genera/ cathe
nas/tormenta/carceres/ compedes/
exiliū/⁊ hmõi:hic ꝓpter tarquinū fili
um ſuū q̇ lucretiã nobilem feminam
corrupit:a regno ⁊ a roma eſt expulſ⁹
in exiliū. Hec de martiniana. Item ſi
mon magus volare volẽs : corruit oc
ciſus. Item ethierus monachus poſt
ea:p̄mo iuuenis ĩgenioſus volare vo
lens cecidit nõ mortuus: ſed confra-
ctis pedibus vt refert Vincentius in
ſpeculo hyſtoriali. Ecce quomõ oĩs
curioſitatum inuentores grauiter pu
niti ſunt.

¶ Capitulū.xvĳ.de veſtibus.

T Ertiodecimo hic pro A
hibeẗ precioſitas ve
ſtium/que ex ſuꝑbia
inani gloria/ vł ex p̄
ſumptione procedit
Modeſtia eñ vt am
broſius lib.i.de offi-
cĳs dicit:circa exteriorem cultuȝ ſeu
ornatum cõſiſtit:cui opponiẗ ĩmode-
ſtia. Circa qḋ p̄mo videndū de illicitĳ
veſtimentis. Scḋo de his q̄ diſſuadẽt
taliū ſuꝑbiam. Tertio an vilitas ve-
ſtiū ſit laudabilis. Quantum ad pri
mū eſt dubiū. Utrū circa exteriorem
ornatum poſſit eſſe virtus ⁊ vicium?
Bñ.tho.ſecũda ſcḋe.q.clxix. In ĩpis
rebus exterioribus quibus homo vti
tur non eſt aliqḋ viciū:ſed ex parte ho
minis qui ĩmoderate vtiẗ eis. Sed qꝛ
quidam dicũt ꝙ cū in corde ſit virt⁹/
non autẽ in veſtibus/põt quis eq̄ de-
ferre tunicã precioſaȝ/et in habitu ſe
culari latere cor humile:ſicut in hu-
mili veſte ecõuerſo et ouili/cor lupinū
poteſt latere. Idcirco tria ſunt notã-
da. ¶ Primo ꝙ circa exteriorẽ ve- B
ſtitū virtutes cõſiſtunt ſiue exercẽtur
quia licet omnes virtutes ſubiectiue
ſint in aĩa/et eſſentialiter : tamen cir-
ca actus exteriores exercenẗ:qui eoꝝ
ſunt materia. Exempli gratia. miſeri
cordia eſt mentis habitus/ſed ĩ diſtri
butione pecuniaꝝ exercetur: ſic fides
confeſſione. Sic etiam humilitatẽ et

ſimplicitatem:nolat andronicus/ di-
cit tho. habitus moderatiuos veſtimē
toꝝ. Unde ſicut ſtultū eſt dicere: ſi coꝛ
eſt miſericoꝛs:nulla vis de operibus
miſericoꝛdie exterioꝛib⁹. ſic etiaꝫ .iiij.
ethicoꝝ eutropelia ponit̄ habit⁹ mo-
dificatiuus v̄boꝝ vl̄ factoꝝ ſolacioꝝ
Scd̄o nota ꝙ p̄ exterioꝛem veſtitū v̄-
tutes menti adeſſe compꝛobant̄. Un
de ſi humiliter in veſtimento proce-
dis:ex coꝛde hoc manauit: dicēte ber
nardo in appologetico. Ex coꝛdis the
ſauro ſine dubio ꝓcedit quicq̄d foꝛis
apparet/vicioꝝ ſcꝫ ſiue virtutū. Un̄ ſi
precioſum defers veſtitum : de coꝛde
vicioſo ꝓceſſit. Nam ſm̄ p̄hm̄. ij. ethi
coꝝ habitus ſemꝑ inclinant ad actus
ex quibus generant̄. Tertio notan-
dum ꝙ per exterioꝛem veſtitū virtu-
tes acquiruntur. pꝫ quia ſtudendo ꝛ
legendo ſcientia acquiritur. Et eadeꝫ
rōne humilia veſtimenta poꝛtādo:hu
militatis habitus acquiritur. Patet
igitur ꝙ̄ fatue dicant qui inquiūt. Si
coꝛ bonū eſt:nulla vis erit ī veſtimēto
C ¶ Dubitat̄ ſcd̄o. Utrū veſtes precio-
ſas deferre ſit peccatū? R̄ndet̄ ꝙ ſic.
Un̄ ſuper illo Lu. xvi. Induebat̄ pur
pura et biſſo:dicit glo. Grego. Si cul
tus p̄cioſarū veſtiū in culpa non eſſet
ſermo dei nō tam vigilanter exprime
ret/ꝙ diues purpura et biſſo indutus
apud inferos toꝛquebatur . Et ꝓbat̄
rōne. q2 precioſuꝫ dicit̄ relatiue: ꝛ ita
ſonat p̄cioſitas in exceſſum ꝓprij mo
di:immo includit coꝛruptionē modi
circa ꝓpriū ſtatum:ſed coꝛruptio vel
exceſſus modi ē peccatū dicit Augu.
lib. de natura boni. Peccatū cōſiſtit ī
coꝛruptiōe boni/qd̄ conſiſtit in modo
D ſpecie/ꝛ oꝛdine. ¶ Dicit tamē tho.
vbi ſupra. Si illi qui in dignitatib⁹ cō
ſtituūt̄/vel etiā miniſtri altaris/p̄cio-
ſioꝛibus veſtibus ꝙ̄ ceteri induūtur:
hoc non eſt ꝓpter ſui gloꝛiā: ſed ad ſi
gnificandū excellentiam ſui miniſte-
rij:vel cultus diuini:et ideo eis nō eſt
vicioſum. Et ſm̄ pe. de palude in q̄r-
to. diſt. xxiiij. Precioſa veſtis ad pō-
pam mūdi/eſt in culpa : ſꝫ ad honoꝛē

dei poꝛtata eſt latria. De hac mate-
ria dixit alex. de halis in ſumma ſic.
Uti precioſis veſtibus eſt in ſe malū:
eo ꝙ vſus veſtis debet eſſe ad neceſſi
tatem/nō ad curioſitateꝫ vel volupta
tem. precioſitas autē veſtis curioſita
tē dicit:et id̄o in ſe malū eſt. Unde. i.
thi. vi. Habentes alimenta et quibus
tegamur his ↄtenti ſimus. glo. qui vl
tra tendit:malū inuenit. Poteſt aūt
bene fieri:vt cum aliq̄s vtit̄ precioſis
veſtibus ex officio dignitatꝭ:vt reges
et nobiles ꝛ eis aſſiſtentes:qui lꝫ pau
peres ſint:vtunt̄ t̄n precioſis:non ad
oſtentationem ſui vel honoꝛem: ſꝫ ad
honoꝛē dn̄oꝝ ſuoꝛuꝫ. Similiter ꝛ mu
lieres cū vtunt̄ precioſis veſtib⁹ non
ad oſtentationē ſui vel ad voluptateꝫ
carnis:ſed t̄m vt placeant viris ſuis:
vti precioſis non eſt eis peccatū. Et ſi
dicis ꝙ oīa facta ſunt ꝓpter hoīem.
Dicendū:licet hoc verū ſit:tamē pre-
cioſitas veſtiū non eſt facta ꝓpter ſta
tum oīm hominū:ſed ꝓpter eos qui-
bus ↄuenit ex officio dignitatis. Hec
alexād̄er de halis. Et poſt pauca dic̄:
ꝛ licet mulieres oꝛnari auro ꝛ marga
ritis in ſe malū ſit: ꝓpter cōiūctioneꝫ
actus ad materiā indebitā:eo ꝙ mu-
lier cum ſit facta ad dei imaginē non
debet querere decoꝛē ex artificio: ta-
men qn̄ de volūtate maritoꝝ faciunt
vt cōſeruent eoꝝ gratiam: vl̄ vt moꝛē
regionis vel ciuitatis obſeruent cum
modeſtia tamen/vel vt gradū digni-
tatis obſeruent:excuſant̄ a pc̄tō. Si-
cut de heſter legit̄ Heſter. v. ꝙ induta
erat regalibus indumentis:habebat
etiam coꝛonā in capite ſuo quā nō ge
ſtabat cū ſuꝑbie:ſed vt gradū dignita
tis obſeruaret. Heſter. xiiij. hec ille.
¶ Sed quid de virginibus vel de il- E
lis q̄ maritos nō habent? R̄n̄. idem ſi
virgo nō ꝓponat nubere/ peccat gra
uiter:ſe precioſis oꝛnando niſi hoc fa
ciat vt cōſeruet gradū dignitatis: q2
in tali virgine debet eſſe oꝛnatus ſim
plex nō precioſus. ſicut dicit Hiero. q̄
ſcꝫ neſciat eſſe pulchꝛa/ et que negli-
gat foꝛme bonum:et ꝓcedens ad pu

blicum: nō pectus aut collū denudet/
nec pallio reuelato ceruicē operiat: ſz
que celet faciem: virgo eñ dum ꝟgo
eſt cogitet que dei ſunt. vt dič. i. Coꝛ.
vij. Si autem ꝓponit nubere: nō pec-
cat ſe precioſis oꝛnando/ vt placeat il
li cui ꝓponit nubere/ moderate tamē
vt nō prouocet ad libidinē: ſed ī ſe ha
beat decētiā muliebꝛem. Vñ. i. Coꝛ.
vij. Uirgo nō peccat ſi nubat: ḡ nec oꝛ
nando vt nubat. Hec ille. Huic cōcoꝛ
dare videť augu. ad poſſidoniū ī epľa
Nolo inquit de oꝛnamētis auri vľ ve
ſtis preproperam habeas in ꝓhiben
do ſententiam/ niſi in eos qui neqꝫ cō
iugati/ neqꝫ cōiugari cupientes: cogi
tare debent quomodo placeant deo.
Illi autem cogitant que ſunt mundi
quomodo placeant vľ viri vxoꝛibus/
vel mulieres maritis: niſi ꝙ capillos
nudare feminas/ quas etiam velare
caput apľs iubet/ nec maritatas de-
f cet. ¶ Ex premiſſis ptꝫ ꝙ precioſi-
tas veſtiū nouē generibus hoīm pl⁹
et minus cōcediť. Pꝛimo ſacerdoti-
bus in diuino officio cōcediť: et in eis
eſt cultus latrie: et quibus competit
ex officio dignitatis. Sicut dñs papa
vt dicit alexander vbi pꝛius vtiť p̄cio
ſis ex officio dignitatis: ſcꝫ romani ī-
perij: quā dignitatem cōſtantin⁹ dici
tur romane eccľe cōtuliſſe. Unde ī ſi
gnū huius dñs papa defert ſigna im
perialia. Scďo reges ⁊ nobiles/ ⁊ eis
aſſiſtentes etiā ſi ſint pauperes. Ter
tio quicūqꝫ alius qñ hoc exigit cōſue
tudo regionis/ et moꝛes coꝝ inter q̄s
aliqui viuūt: tunc eñ poſſunt precio-
ſis veſtibus vti/ ſm tho. et alexan. Vñ
diſt. xli. diciť. Sicut in cibis moꝛes eo
rū cū quibus viuimus obſeruare mo
nemur: ſic de indumentis intelligen-
dū eſt. Et loquitur ſpecialiter de cleri
cis. Clerici etiam qui nō habēt de pa
trimonio crucifixi/ ſed tantū viuūt de
ꝓpꝛio patrimonio: poſſunt vti p̄cio-
ſis veſtibus ea intentione/ vt ſeruent
gradū ſue nobilitatis. Qui autem vi
uūt de patrimonio crucifixi/ vľ ſunt ī
ſacris oꝛdinibus cōſtituti: peccāt vtē
do veſtib⁹ p̄cioſis/ niſi eis cōpetat ex
officio dignitatis: vt de papa dictum
fuit. Unde ſup illo Math. iij. Johan-
nes hēbāt veſtimentū. gloſa/ ſeruus
dei non debet habere veſtimentuꝫ ad
decoꝛem vľ ad delectationē ſed tm̄ ad
tegēdū nuditatē. Et. xxxi. q. iiij. Om-
nis iactātia ⁊ iactura coꝛpoꝛalis alie
na eſt a ſacro oꝛdine. Omēs ḡ ep̄os ⁊
clericos qui ſe fulgidis ⁊ claris veſti-
mētis oꝛnāt: emēdari opꝫ. Item diſt.
xli. parcimoniā cū veſte humili nō re
pꝛobamus: ſicut ⁊ oꝛnatū p̄ter coꝛpo-
ris diligētiam infucatum: laudamus
diſſolutos ⁊ fractos veſtib⁹/ nō recipi
mus. Nec obſtat illď. i. pe. ij. Uos eſtꝭ
genus electū regale ſacerdotiū. Ex q̄
videť ꝙ cū habeāt dñationē in popu-
lo rōne dñationis pñt vti veſtibus p̄-
cioſis? Rñ. ꝙ licet aliq̄ habeāt dñatio
nē in pplo: qꝛ tñ eis data eſt in elemo
ſinā/ nō teneň eā dñationis talis vti
veſtib⁹ p̄cioſis. Poſſunt tñ clerici (vt
premiſſum eſt) veſtibus precioſis vti
ex officio dignitatis/ vel ſm patrie cō
ſuetudinem: moderate tñ. Et his ex-
ceptis q̄ expreſſe ꝓhibenť extra. ī de
vi. ⁊ ho. clericoꝝ. vbi dť pānis rubeis
aut viridib⁹ clerici nō vtāť. Coꝛrigi-
as auri vľ argēti oꝛnatū hñtes nō fe-
rāt: ſꝫ neqꝫ ānulos: niſi q̄b⁹ cōpetit ex
officio dignitatꝭ. Hec oīa alex. Quar
to cōiugate pñt vti veſtimētis notabi
lib⁹ ſm ſuū ſtatū. Quīto ꝟgines nu-
pture: vt dictū ē. Sexto ꝟgīes nobi-
les etiā nō nupture. Vñ cecilia int⁹ ci
licio/ ⁊ ex̄ aureis veſtib⁹ tegebať. Se-
ptimo vidue nupture eadē rōne ſicut
ꝟgīes nupture. Octauo humili habi
tu et decēti vti debēt ꝟgīes ⁊ vidue ī
caſtitate viuere volentes nō ſuperbo.
Nono religioſi mīme. ¶ Dubitať G
tertio quot modis in veſtitu quis pec
care poſſit? Rñ. ſm tho. multiplr tā ī
īmoderātia q̄ in defectu: īter q̄ virt⁹
mediū tenet/ q̄ modeſtia dť. Igiť pec
cať. xij. modis in īmoderātia. Pꝛio
mō p ꝯpatiōem ad cōſuetudinē hoīm
cū q̄b⁹ aliq̄s viuit. Vñ dič btūs augu
ſti. iij. ꝯfeſſi. Que cōtra moꝛē hoīꝫ ſūt

flagitia pro morū diuerſitate vitanda
ſunt/vt pactū inter ſe ciuitatis et gen
tis cōſuetudine vel lege firmatū:nul=
la ciuis aut pegrini libidine violetur.
Turpis enī eſt pars oīs vniuerſo ſuo
nō cōgruens. Ex quo patet ꝙ peccāt
nouarū inciſionū īuentores in veſti=
bus ⁊ alijs pegrinis modis ſe veſtiē=
tes:quia cōtra cōſuetudinē faciūt: et
ſub iſto cōtinet̄ extneitas veſtiū.i.cum
quis vult hr̄e veſtes alijs diſſiles. Vñ
ſoph.i. Viſitabo ſup pncipes ⁊ ſuper
filios regis/⁊ ſup oēs q̄ veſtiti ſunt et
induti veſte pegrina. Scdo mō pōt eē
īmoderatio in vſu taliū rex ex inordi
nato affectu mētis:ex quo q̄nq̧ cōtin
git ꝙ hō nimis libidinoſe vtat̄ talib⁹:
ſiue ſm cōſuetudinē eox cū quib⁹ vi=
uit/ſiue etiā pter eox cōſuetudinē: et
ſit p ſupabūdantiā. Tertio mō p hoc
ꝙ homo ex ſupfluo cultu veſtiū gloriā
hoīm querit:put ſcȝ veſtes et alia hu
iuſmodi ptinent ad quēdā ornatū: vt
patuit in pbatiōe p Greg.in ſcdo du
bio. Nemo q̄ppe veſtimenta pcipua
vel precioſa ſcȝ excedentia ſtatū pro=
priū:niſi ad inanē gloriā querit. Ne=
mo etiā vult ibi precioſis veſtibus in
dui:vbi a nemine pōt videri. Quarto
modo ſcdm ꝙ homo p ſupfluū cultuȝ
veſtiū querit delicias/ſcdm ꝙ veſtes
ordinant̄ ad corporis fomentū. Et iō
mollicies veſtiū eſt viciū. de q̄ Math.
xi. Qui mollib⁹ veſtiunt̄ in domibus
regū ſunt:vbi grego. Nemo eſtimet ī
luxu atq̧ in ſtudio pcioſax veſtiū pec
catū deeſſe:quia ſi hoc culpa nō eſſet
nullo mō dñs Iohānē de veſtimēti ſui
aſperitate laudaſſet. Hanc mollicie̅
Chriſo.ſup aplm etiam in mulierib⁹
reprobat:eas oñdens nō ſemp natu=
raliter delicatas eſſe/ſȝ ex cōſuetudīe
mala:vt apparet in ruſticis feminis
dura ſuſtinentibus:et in delicatis vir
ginibus q̄ cilicio corpus domabant.
Quinto modo ſcdm ꝙ nimiā ſollici=
tudinē qs apponit ad exteriorū veſti
um culturā/etiā ſi nō ſit aliqua inor=
dinatio ex parte finis. Vñ in vitiſpa=
trū quidam pater videns ornatā me=
retricem fleuit/et querētibus cauſam
ait:due res me flere faciunt:iſti⁹ mu=
lieris pditio/et ꝙ deo meo nūq̄ tanto
ſtudio animā meam ornaui. Item de
ſancto nōno epo ibidem ſilr legit̄: ꝙ
viſa ornatiſſima meretrice margari=
ta noīe fleuit:ob ſecūdā cauſam dictā
Has quinq̧ ponit tho. Sexto ſupflui
tas in quantitate cōtinua vt ſunt qui
nimis longas veſtes portant terram
cooperientes/ pulueres ſuſcitantes/
pulices colligentes/⁊ demones inter
dum vehentes. Exemplū de patre vi
dente diabolū ridere:a quo cauſaȝ q̄=
rens? Rñdit demon. ſociū meū in cau
da mulieris equitantem vidi: et ī tra
ctu lutū incidere. Et de alio ſolitario
legimus ꝙ pre paupertate matta ve=
ſtem prolongauit et vocē audiuit. Si
amplius poſſes: grandiora faceres.
Sic quidā viri vt longiores ſint faci=
unt et calopedia alta induūt: contra
quos Ps. Neq̧ in tibijs viri bñplaci ps.146
tum erit ei. Et.i.Reg.xvi. Cū pat da=
uid preſentaret ſamueli eliab primo=
genitū tanq̄ regno dignū: dixit dñs
ad ſamuel. Ne reſpicias vultū ei⁹/ et
altitudinē ſtature ei⁹:qm̄ abieci eum:
nec iuxta intuitum hominum iudico.
Septimo ſuperfluitas in quantitate
diſcreta:qui volūt habere diuerſa pa
ria veſtium: et potius a tineis come=
di q̄ chriſtum indui. Cōtra quos Ja=
cobi.v. Agite nunc diuites et plorate
vlulantes in miſerijs veſtris que eue
nient vobis:diuitie veſtre putrefacte
ſunt/ et veſtimenta a tineis comeſta.
Bern. Clamant nudi:clamant fame=
lici:cōquerūtur vobis frigore ⁊ fame
miſerabiliter laborantes. Quid con=
ferunt tot mutatoria veſtiū extēſa in
ptic̄/vl' plicata ī manicis? ¶ Octa h
uo materie precioſitas in ſerico/auro
vel argento. Vbi nota quomodo de=
fecit in curioſitate humana induſtria
Primo fuit veſtis pellis cum lana:
quia Geñ.iij.dicitur. Fecit deus ade
et vxori ſue tunicas pelliceas. Secū=
do proceſſit ad puram lanam que le=
nior ē pelle:quā artē noema repperit

filia Lamech primi adulteri. Tertio proceſſum eſt ad cortices herbarꝝ/ſcz ad linũ. Quarto ad ſtercora vermiũ/ſcz ſericũ. Quĩto ad aurifrigiũ et ad lapides precioſos qui nunꝗ viui fuerũt: nec pars rei viuẽtis. Nono coloris varietas. Nã clericis prohibeẽ color viridis et rubeus et varius. Rõ qꝛ deꝰ naturam velleris in neutro ſic colorauit. Exẽplũ. Quedã deuotiſſima virgo talia ferre noluit dicens: ouis que nũꝗ peccauit: naturali cõtentatur colore. Cur ego q̃ peccaui vtar p̃cioſo? Decimo veſtem habẽdi iniuſta ĩportunitas. Uolentes eñ veſtiri ſupflue: occaſionẽ dant ꝙ pecunia acquiritur arte illicita. vñ Hiere. ij. In alis tuis inuentus eſt ſanguis aiarũ pauperũ/ ꝛ innocentũ. Undecimo ex parte defectus habitus fit reprehẽſibilis dupliciter dicit Tho. ſm affectũ. Uno modo ex negligentia hoĩs qui non adhibet ſtudiũ vel laborẽ ad hoc ꝙ exteriori ornatu vtatur ſm ꝙ oportet. vñ philoſophus dicit. vij. ethi. ꝙ ad molliciẽ ptinet ꝙ aliquis trahat veſtimentum per terram vt nõ laboret eleuando ipſum. Alio modo ꝛ eſt duodecimus ex eo ꝙ ipſum defectũ exterioris cultus ad gloriã ordinat. vñ dič Aug. in ſermone dñi in monte. non in ſolo rerũ corporearũ nitore atqꝫ pompa: ſed in ipſis ſordibus et lutoſis eſſe iactãtiã/ ꝛ eo perículoſiorẽ: quo ſub noĩe ſeruitutis dei decipit. Et phs dicit. iiij. eth. ꝙ et ſuperabũdãtia ꝛ ĩmoderatus defectus ad iactantiam ptinent: ideo de btõ aug. dicitur: ꝙ nec veſtes nimis p̃cioſas: nec nimis abiectas habere voluit. qꝛ in vtroqꝫ hoĩes ſuã glãꝫ q̃rũt.

¶ Ca. xviij. an mulieres peccẽt mortaliter: ſe ornantes.

B DUbitatur Utrum mulieres peccent mortaliter in ſupfluo ornatu? Rñ. tho. vbi ſupra. Circa ornatũ mulierꝝ ſunt eadẽ attendẽda que ſupra cõmuniter dicta ſunt circa exteriorẽ cultum/ videlicet quinqꝫ prima: ꝛ duo vltima: ꝛ inſuper quoddã aliud ſpeciale/ſcilicꝫ ꝙ muliebris cultus viros ad laſciuiã prouocat. ſm illud ꝓuer. vij. Ecce mulier occurrit illi in ornatu meretricio preparata ad capiendas aĩas. Poteſt tamen mulier licite operam dare ad hoc vt viro ſuo placeat: ne per eius contemptũ in adulterium labatur. vñ i. cor. vij. Mulier que nupta eſt cogitat que mũdi ſunt/ quomodo placeat viro. Et ideo ſi mulier coniugata/ ad hoc ſe ornet vt viro ſuo placeat. poteſt hoc facere abſqꝫ pctõ. Uñ. i. thimo. ij. dicit apo. Mulieres in habitu ornato cum reuerentia et ſobrietate ornãtes ſe: nõ in tortis crinibus/nec auro nec margaritis/aut veſte precioſa. Per quod datur intelligi: ꝙ ſobrius ꝛ moderatus ornatus non prohibeẽ mulieribus/ſed ſupfluus ꝛ inuerecũdus et ĩpudicus. Ille autẽ mulieres q̃ viros non habẽt nec volunt habere/et ſunt in ſtatu nõ habẽdi/non poſſunt abſqꝫ pctõ appetere placere virorꝫ aſpectibus ad cõcupiſcendũ. quia hoc eſt dare eis incentiuũ peccãdi. Et ſi quedaꝫ hac intentione ſe ornẽt vt alios prouocent ad concupiſcentiã mortaliẽ peccant. Si autẽ ex quadã leuitate/vł ex vanitate propter quandã iactãtiã/ nõ ſemper eſt mortale pctm̃: ſed qñqꝫ veniale. Et eadẽ rõ eſt quantũ ad hoc de viris. Et lꝫ mulieres caput nudantes a peccato poſſunt excuſari: qñ hoc nõ fit ex aliqua vanitate/ſed propter terre conſuetudinẽ. tamẽ conſuetudo talis non eſt laudabilis. hec tho. ¶ Sꝫ quid de religioſis? Rñdet vdalricus li. vi. tractatu. ij. c. x. Precioſitas veſtium vel ornatus tũc eſt mortale peccatum: cum eſt contra profeſſionẽ alicuius. Sicut cum alique moniales ꝓfeſſe paupertatẽ et ſeculi abrenunciationem ornant ſe admodum theatricarum mulierum: vel etiam monachi abiecto habitu religionis ſue deferũt habitũ clericorũ ſecularium vel cũ hoc ꝓcedit ex ſupbia dãnabiliter. vł ordinatur ad ꝓuocãdũ alios ad ꝯcupiſcẽ B

tias illicitas. Inexcuſabiles aūt ſunt
mulieres:cū a viris prohibite nichi-
lominus īmoderate ſe ornant. Paꝝ
enī ꝙ tunc faciunt ex ſuperbia vl' ex li
bidine. Peccata aūt oīm habentium
incitamentū libidinis ex tali ornatu
redundant in talē pſonā p aggraua-
C tionem culpe. Hec vdal. ¶ Sed quō
tenebit ſe vxor ꝓpter maritū ſuū ſe or
nans ne peccet:alijs occaſio ruine exi
ſtendo? Rñ. duran. in. iij. diſt. xxxvij.
non ſolū peccat q̄ dat alij directe occa
ſionē peccandi:ſed etiam q̄ ſcienter ⁊
abſqꝫ iuſta neceſſitate ꝓponit alicui
materiā vnde ſumit occaſiōem peccā
di:maxime qñ credit eū diſpoſitū eſſe
ad tale peccatuꝫ. Verbigrā. ſi mulier
credit aliquē male diſpoſitū ad cōcu-
piſcēdū eam:ſi ſcienter ⁊ abſqꝫ neceſſi
tate iuſta vel debita vtilitate preſen-
tet ſe ei:peccat. Unicuiqꝫ enī deus mā
dauit de ꝓximo ſuo:nō autē diſplicet
ſatis alicui dānatio ꝓximi qui ſciēter
ꝓponit ei materiā vnde ſumit occaſio
D. nē peccandi. ¶ Sed nunquid ē mor
tale peccatū viris induere muliebria
veſtimenta:⁊ ecōuerſo mulierib⁹ in-
duere veſtimentū virile? Rñ. alexan.
vbi ſupra. Uirū indui muliebri veſte
et mulierē veſte virili ī ſe malū eſt:eo
ꝙ vtriqꝫ ſexui diuerſa indumēta dedit
natura. vt dr̄ Deut. xxij. in glo. ſuper
illud. Nō induet ⁊c̄. Tñ excuſatur a
pctō cū aliquis hoc facit cauſa neceſ-
ſitatis:vt ſi q̄s q̄reretur ad mortē/⁊ vt
occultaret veſtimentū acciperet mu-
liebre:vel cū mulier vt ſeruet corporꝭ
caſtitatem:veſte viri induitur. Sicut
legitur de btā marina/⁊ btā eugenia.
Cū autē hoc fit ex cōſuetudine vt poſ
ſit licentius libidinem ſuam implere
vir cū mulieribus/ et mulier cū viris
ſicut aliqñ factū eſt:vel cum hoc fit vt
alij hoc videntes ad libidinem ꝓuo-
cent:mortale peccatū eſt. Hec alexā.
Concordat tho. vbi prius dicēs. Cul
tus exterior cōpetere debet cōditioni
pſone ſc̄m cōem conſuetudinē:⁊ ideo
de ſe vicioſum eſt:ꝙ mulier vtatur ve
ſte virili/vel ecōuerſo. Specialit̄ autē
hoc ꝓhibet in lege Deut. xxij. q2 gen
tiles tali mutatione habitus vtebā
tur ad idolatrie ſupſticōnē. Poteſt tñ
hoc qñqꝫ fieri ſine pctō ꝓpter aliquaꝫ
neceſſitatem:vel cā occultandi ab ho
ſtibus vel ꝓpter defectū alterius ve-
ſtimenti:vel ꝓpter aliquid aliud hu-
iuſmodi. Hec Tho. ¶ Sed quid de E
mulieribus ſe colorantibus vel alia
figmenta ad apparentem pulchritu-
dinē adhibentibus? Rñ. cipria. li. de
habitu ꝟginū. Nō virgīes tm̄/ aut vi
duas:ſed etiā nuptas puto/etiā oēs
feminas omnino eſſe admonēdas/ꝙ
opus dei ⁊ facturā ei⁹ ⁊ plaſma:adul
terare nullo mō debeāt/adhibito fla-
uo colore/vel nigro puluere/vel rubo
re/aut quolibet lineamēta natiua cor
rūpente medicamine. Manus deo in
ferunt/qñ illud qđ ille formauit: re-
formare contendunt. Impugnatio
iſta diuini operis eſt preuaricatio / et
veritatis:deū videre nō poteris:cum
oculi tibi non ſint quos deus fecit: ſꝫ
quos diabolus īfecit: de inimico tuo
tēpta cū illo pariter arſura. Ubi tho.
dicit fucatio de qua loquit̄ ciprianus
eſt q̄dam ſpecies fictionis que nō po
teſt eſſe ſine peccato:que etiā vt nō du
bitat aug. in ep'la ad poſſidoniū tp̄is
maritis nolentibus decipi diſplicet.
Non tamē ſemp talis fucatio eſt pec
catū mortale:ſꝫ ſolū quādo fit ꝓpt̄ la
ſciuiā/vel in dei cōtemptū:de quibus
caſibus loquitur cipria. Sciendū ta-
men ꝙ aliud eſt fingere pulchritudi-
nem non habitā/et aliud eſt occulta-
re turpitudinem ex aliqua cauſa ꝓue
nientē/puta egritudine vel aliquo hu
iuſmodi. Hoc eī eſt licitū:quia ſꝫ apo
ſtolum. i. Cor. xij. Que putam⁹ igno
biliora membra eſſe corporis:his ho
norem abūdantiorem circūdamus.
¶ Queritur vtrum artifices ornamē F
toꝝ ſupfluoꝝ prefatoꝝ factores pec-
cent mortaliter? Rñdet tho. ibidem.
Si qua eſt ars ad faciendū opera ali
qua quibus homīes vti non poſſunt
abſqꝫ pctō:p ꝯñs artifices talia faciē
do peccarent/vtputa prebentes vire-

ete aliīs occaſionem peccandi:puta ſi
quis fabricaret idola/ vel aliq̄ ad cul
tum idolatrie pertinētia.Si q̄ꝰo ars
ſit cuius operibus pñt homines be=
ne vel male vti ſicut gladij/ſagitte/ et
alia hmōi:vſus taliū artiū nō eſt pec=
catū et he artes ſole ſunt dicende ſm
Chriſoſto.ſup Math.Si tñ operibus
alicuius artis/vt pluries aliqui male
vterentur:q̄uis de ſe non ſint illicite
ſunt tñ ꝓpter officiū principis a ciui=
tate extirpande/ſm documenta pla=
tonis. Quia ergo mulieres licite ſe
poſſunt ornare/vel vt cōſeruent decē
tiam ſui ſtatus/vel aliquid etiam ſu=
peraddere vt placeant viris:ꝯſequēs
eſt ꝙ artifices taliū ornamentorū nō
peccant in vſu talis artis:niſi forte ī=
ueniendo aliqua ſupflua et curioſa.
Unde chriſo.dicit ſup Math.ꝙ ab ar
te calceoꝝ ꝛ textoꝝ multa abſcindere
opꝫ:etenī ad luxuriam deduxerūt ne=
ceſſitatem eius/corrūpētes arteꝫ:ma
le arti cōmiſcentes. Hec tho. Alexan
der vbi ſupra dicit. Qui viris faciūt
indumenta muliebria/et mulieribus
virilia:vt ſe inuicē magis excitent ad
luxuriam/ꝛ vt licentius poſſint exple
re libidinē:tales artifices peccāt mor
taliter. De talibus loquitur Chriſo=
ſto. cum inquit viros in mulierū for=
mas deducant/ꝛ molleſcere faciāt p
calciamenta laſciuie cū ſupfluis/ꝛ no
ciuis:eas arceri ſtatuimus: et loquiť
de arte textoria:qua fiunt veſtimenta
viris/ꝛ arte ſutoria qua fiunt eis cal=
ciamenta muliebria. Hec alexander.
B ¶ Sed nunqd ſi artifex requiratur ꝛ
petatur vt ſibi faciat veſtē vane diſpo
ſitiōis curioſam vel vanā nouiter īuē
tam/et ſic de domibꝰ ꝛc̄. nunqd ꝓpť
lucrum debet facere talia? Rñdet ma
giſter henricus de haſſia in lectura.ſu
per Geñ.ꝙ artifices non debent eſſe
talium veſtiū excogitatores:et a for=
tiori non taliū factores niſi forte ca=
ſus ſpecialis aliq̄d aliud expoſcat. Ra=
tio eſt qꝛ nullus debet aliū ad vanita
tes ꝓuocare/nec ad ſupfluos ſumptꝰ
occaſionare: nec quiſq̄ iuuare debet
vt vani homines ſuas adinuentiōes
friuolas et cogitatus noxios expleāt
in opere. Hec ille. Sed nunquid hu=
iuſmodi ornamēta aliqñ p ꝯſuetudi=
nē ſine graui peccato pñt deferri? Re
ſpondet magiſter iohānes de tābaco
lib.de cōſol.theol.in his que ſunt ſo=
lū mala/quia ꝓhibita: multum excu
ſat in toto vel in tanto cōſuetudo:ideo
in talibus ex vi rōnabilis cōſuetudīs
preſertim ſi preſcripta ſit/eſt ꝯtra ius
ſcriptum multotiens faciendū. Nam
vt gratianus ille gratioſe dicit: ꝙ cō=
ſtitutio vtentium moribus cōfirmať:
quāuis etiā ſupflua ornamēta geſta=
re ad cōplacendū:multis ſanctoꝝ au
ctoritatibus reprobeť/tamē hoc fine
excluſo rōne cōſuetudinis geſtari pñt
ſine graui pecato. Cauſa aūt quare ī
talibꝰ ſaltē circūſcripto ſcandalo ex=
cuſare valeat cōſuetudo eſt:qꝛ res alī
que ꝓpter ſui nouitatē/et p cōſequēs
raritatem imaginationē excitāt/ ꝛ ꝓ
uocant ad libidinem/eo ſcꝫ ꝙ ꝓpter
āmirari hoīes res huiuſmodi magis
cōſiderant et ꝓfundius cogitāt. Ille
quidem res qñ in cōſuetudinem venī
unt ceſſant imaginationē excitare/ et
ad libidinē ꝓuocare:eo ꝙ tunc ceſſāt
q̄dam rara eſſe / et āmiratione digna
et cogitare conſideratione profunda.
Hec ibi. ¶ Quo ad ſecūdum princi D
pale notādū eſt ꝙ ſuperbiam ornatꝰ
diſſuadet primo peccatū multiplex ī
de oriens. Primū inanis glīa quam
rariſſime ibi qs deuitat. Exemplū de
diuite epulone in purpura. Luce.xvi.
Unde Grego.in omelia ibidē. Nemo
veſtimēta p̄cipua:niſi ad īanē gloriā
q̄rit. Scd̄m eſt tumor mentis ſup ali=
os. Unde herodes veſte p̄cioſa indu=
tus elatus in ſeip̄o:ab angelo necať.
Actu.xij. Tertiū eſt ꝙ cōfundūt pau=
peres talia nō habentes. Nam ſicut
p apl'm.i.Coꝝ.xi.corinthij arguūtur
ꝙ p eſcā ſuā cōfundebant nō habētes
ſic p veſtimēta fieri pōt/ſm baſiliū in
regula. Quarto mollē ꝛ effeminatuꝫ
efficiūt. Exemplū de epulone: q ſic ꝓ
pter ſupbiā purpura induebať ab ep=

tra:ita biſſo ꝓpter molliciē ad intra:
ſm glo. Quintū eſt rapina vel furtū
aut illicitus labor qui a talib⁹ facilit
exercet/vt ſuꝑflua veſtimenta habeāt
et ſpoliāt paupes. Vñ pe. damiani de
cōtēptu mūdi. Illa veſtis nō imerito
rapina eē nūcupat:q̄ duoꝝ vel trium
etiā veſtiū ſumma coemit. Rapinam
ꝓculdubio ꝑpetrat:q̄ vani honorꝭ ar
dore ſucceſus duarū impēſas veſtiū
in vnā redigit:ꝛ ꝓximū ſuū quē ſicut
ſeipm̄ amare debuerat: in ſua nudita
te relinquit. Sextū eſt ſcandalū ꝓxi
mi. Nā q̄ ſcādaliſauerit vnū ex mini
mis iſtis q̄ in me credūt: expedit ei vt
ſuſpendat mola aſinaria in collo ei⁹/
ꝛ demergat in ꝓfundū maris. math.
xviij. Septimū eſt ꝑticipatio oīm cri
minū q̄ alij eius exēplo faciūt. Uel ad
pē.108. lſam ſm Pē. Pctm̄ comitet eū quo
dāmō ſicut veſtimētū quo coopit ꝛ ſi
J cut zona qua ſemꝑ ꝑcingit. ¶ Se
cūdo diſſuadēt ſuꝑbiā veſtiū exēpla
ſctōꝝ. Primo dei q̄ nobiliſſimū ſpm̄ i
nobis veſtiuit carne fragili. ſm illud
Job. x. Pelle ꝛ carne veſtiſti me. Se
cūdo de⁹ q̄ pmis parētibus fecit tu
nicas pelliceas. Gen. iij. Item heſter
xiiij. ait. Tu ſcis dñe infirmitatē meā
et neceſſitatē meā: q̄ abominer ſignū
ſuꝑbie/ꝛ glīe mee qḋ ē ſuꝑ caput me
um i dieb⁹ oſtētatiōis mee:ꝛ deteſtor
illḋ q̄ſi pānū mēſtruate:ꝛ nō portē il
lud in dieb⁹ ſilētij mei. Item iob. xvi.
Saccū cōſui ſuꝑ cutē meā. Itē math.
iij. Ipe iohānes erat veſtitus de pilis
cameloꝝ. Item ſm maximū in ſermo
ne. Btiſſima virgo vix tunicā vnā ha
buit. Item xp̄s ſm Chriſoſt. veſtimē
ta abiecta habuit. Item de antiquis
patrib⁹ dicit apl's hebre. xi. Circuie
rūt in melotis/i pellib⁹ caprinis. Itē
augu. dixit: vt ei⁹ canit legēda fateor
K de ꝑcioſa veſte erubeſco. ¶ Tertio:
idē diſſuadet mltiplex ſuꝑboꝝ i veſti
tu ſtultitia. Quarū pma eſt q̄ exterio
ra vilia/interiorib⁹ nobiliſſimis ꝑpo
nūt/ſcꝫ corpus anime. Scḋo q̄ dei or
dinem peruertunt/et nature: quia an
cillam ſcilicet carnem preponunt do
mine/id eſt anime:et dominā propri
am ancille tradunt. Tertio q̄ pl⁹ ex
pendūt vt oculos alioꝝ paſcant:q̄ ꝓ
priū ventrem. Quarto putant q̄ ex ꝑ
cioſitate ſelle ꝛ freni equus/id eſt cor
pus appreciētur. Quinto: quia om̄ia
bona ſua volunt habere bona et orna
ta/et ſolā animā ſm Augu. turpem.
¶ Quo ad tertium principale queri
tur vtrum ſit virtuoſum et laudabile
deferre veſtimenta humilia vel abie
cta non precioſa? Rñ. ſm Tho. q̄tli.
x. q. xiiij. Quo ad iſtud: aliter loquen
dum eſt de perſona publica in digni
tate aliqua vel in prelatura conſtitu
ta: aliter de pſona ꝑuata cui nulla cu
ra regiminis vel prelationis eſt com
miſſa. In perſona eñ publica duo cō
ſiderantur/ſcꝫ ſtatus dignitatis/ꝛ ꝓ
prie pſone cōditio. Circa que duo ita
ſe debet habere: ne dignitatis auctori
tas veniat in contemptū/et ne ipe i ſu
perbiā efferat: vtrūq; igit ei poteſt eē
laudabile:ꝛ q̄ ꝑcioſis vtatur ad reue
rentiā auctoritatis inducendā/ꝛ q̄ vi
lib⁹ vtat rōne ꝓprie humilitatꝭ. Sic
dūtaxat: ne q̄ ad auctoritatē cōſeruā
dā fiunt: in ſuꝑbiā degenerēt: ꝛ ne dū
nimis ſeruat humilitas: regendi frā
gatur auctoritas: ſicut dicit Auguſti.
Hec tho. Ex quo ſequitur q̄ virtuoſū
et laudabile ſit in perſona publica ſi
ꝓprie infirmitatis intuitu: veſtimēta
deferat humilia. Unde i laudem bea
ti martini epiſcopi dicit: q̄ poſt ſuſce
ptum epiſcopatū: eadem in eius veſti
bus māſit vilitas ꝛ abiectio. Et de de
moſthene pħo legitur: q̄ tādiu vteba
tur toga philoſophica/q̄diu fuit vul
go incognitus. Sed vita et eloq̄ntia
cognitus: ait. Malo venerari vitam ꝛ
ſapiētiā: q̄ togam. Unde tunc cōib⁹
vtebatur veſtibus. Item Grego. i. dia
logoꝝ de beato equitio abbate dicit
q̄ tā vilis erat in veſtibus atq; ita de
ſpectus: vt ſi quis illū fortaſſe neſci
ret/ſalutatus etiam reſalutare deſpi
ceret: vñ vix aut nunq̄ legit de ſanctꝭ
q̄ auctoritatem ſuam in regimine ve
ſtiū ꝑcioſitate exhibuerant venerādā:

ſed potius veſtium vilitate/ moꝝū hu
militate ⁊ vite ſanctitate :vt apl̄i de q̄
bus legit̄ ꝙ fuerunt pannoſi/id eſt vi
libus pannis induti. Et xp̄m pannis
mater inuoluit/id eſt ſm Berſi.⁊ Al=
ber.vilibus. Non inquit Berſi.fit mē
tio de pellibus/aut aliis ꝑcioſis ſupel
lectilibus : vt nobis cōmendet paup
tatem habitus/⁊ indumenti vilitatē.
De pſonis vero priuatis q̄bus mul=
ta cura regiminis vel prelationis eſt
cōmiſſa dicendū ſm Tho.loco preal=
legato.Meritorie et virtuoſe agūt :ſi
portant intuitu ꝓprie humilitatis ⁊
amore cōtemptus mūdi veſtimēta hu
milia ⁊ humiliora ⁊ viliora:ꝙ ſtat⁹ ꝓ
M prius requirit. ¶ Nec obſtant cauil
lationes iniquoꝝ:q̄ p̄mo in cōtrariuꝫ
arguūt/attendendū ab his q̄ in veſti
mentis ouiū veniūt:intrinſecus autē
ſūt lupi rapaces? Rn̄. ſꝫ Tho. ꝙ hoc
eſt ꝓ vilitate veſtiū quia nūꝙ lupi vi=
lia inducerent niſi xp̄i ouibus hec ve=
ſtimenta eſſent ꝓpria. Scd̄o dicūt ta
lē habitū deferentes ſcādaliſare. Rn̄.
hierony.in ep̄l̄a ad marcellam.Scā=
daliſat quēpiā veſtis fuſcior:ſcanda=
liſet ⁊ iohannes/quo inter natos mu
lierū nullus maior fuit: q̄ angelus di
ctus/dn̄m q̄ꝫ baptizauit:qui camelo=
rū veſtitus tegmine:zona pellicea cin
gebatur. Tertio dicūt:cū in corde vir
tus lateat:nichil officit veſtimentum
ſi cor fuerit bonū. Rn̄ſuꝫ eſt de hoc ſu
pra. Quarto obiiciūt augu.iii.de do=
ctrina xp̄iana/et habet̄ diſt.xli.c.q̄ſ=
quis.quiſq̄s rebus tranſeuntib⁹ ſtri
ctius vtit̄ ꝙ ſe hꝫ cōſuetudo eoꝝ cum
quibus viuit:aut intemperās eſt/aut
ſupſtitioſus. Rn̄.ꝙ gratian⁹ falſe al=
legat:quia in oībus correctis origina
libus beati aug.habet̄ tēperās / ⁊ nō
intēperās. Et ſic Tho. et oēs famoſi
allegant. Quinto arguūt beatū Bar
tho.vſum fuiſſe purpura clauata. Re
ſpōdit Bonauen̄.lib. de ꝑfectiōe euā
gelica:ꝙ illud in legenda romana nō
habetur. Et ſi verū eſt qd̄ dicit̄:dico ꝙ
neceſſitate ductus hoc fecit: q2 aliud
in regione illa calida veſtimentū por
tabile non inuenit. Item nota ꝙ dia=
bolus dixit cōſimilia v̄ba ꝑ idolum.
Chriſti etiam veſtimentū tunice incō
ſutilis precioſū fuiſſe negat expreſſe
chriſoſt. ſup Math.in ope īperfecto.
¶ Quātum vero ſit meritoriū t̄lia de N
ferre:patꝫ per Petrū damiani lib.de
cōtemptu mūdi/dicētem. Rex niniue
purpura indutus ꝓpter ciuitatis ex=
cidium cooptus ſacco/ diuini furoris
motū cōtritu cordis humilitate placa
uit. Ezechias q̄ꝫ cultu regio decorat⁹
terribiles regiſ aſſirioꝝ minas treme=
factus audiuit. Sꝫ mox vt ipſe cilicio
tegitur/ciliciocꝫ tectos ad ꝓphetam
mittere nūcios nō erubuit: ꝓpinquū
diē victorie/⁊ optate ꝓſperitatis ora
culū reportauit. Nam ecce angel⁹ do
mini centum octuagitaquincꝫ millia
aſſirioꝝ vna nocte ꝑcuſſit. Egregi⁹ il
le ꝓphetarū Eſaias ad diuine iuſſio=
nis impiū veſtimēta depoſuit: ⁊ triuꝫ
annoꝝ ſpacio nudus ⁊ diſcalciat⁹ in=
ceſſit. Erubeſcat igitur:dicit petr⁹ da
miani humana ſupbia. Ex quo ptꝫ ꝙ
humilitas veſtiū deū placat/gratiam
meretur/et proximū edificat. Vn̄ tho.
ſcd̄a ſecūde. vbi ſupra dicit ſic. Si vi=
lioribus veſtibus ꝙ ceteri q̄s induat̄:
nō ſemꝑ peccat:ſꝫ ſi hoc faciat ꝓpter
macerationem corporis/vel humilia
tionē ſpiritus: ad virtutē temperan=
tie ꝑtinet. Hoc autē ꝑcipue ꝑtinet ad
hos qui alios verbo et exemplo ad pe
nitentiam hortant̄. Hec tho.

¶ Ca.xix.de tēptatione dei.

Quartodecīo ꝓhibet̄ hic dei
tēptatio. Vn̄ deut̄.vi. Non
tēptabis dn̄m deū tuū. Et
idem xp̄s cōtra diabolum allegauit.
Math.iiii. Ubi primo videnduꝫ quid
ſit deū tēptare. Scd̄o quot genera ho
minū in illud viciū incidant. Tertio
de gradib⁹ deū tēptantiū. ¶ Quo O
ad primū ſm Tho.ſecunda ſcd̄e.q̄ſt.
xcvii.ꝑ totum. Deum tēptat qui expe
rimētum ſumit ſeu explorat ex inten=
tione rōne proprie pſone per ſua v̄ba
vel facta de dei potentia/ſapiētia/pie
tate/bonitate/vel voluntate ſpecula=

tiue/ſine ſpeciali dei inſtinctu / ſine iu
ſta neceſſitate/vel pia vtilitate/et ſine
alijs debitis circūſtantijs. Uel qui eti
am preter intentionem talia experiē=
di aliquid loquitˀ/petit vl facit qđ ad
nichil aliud vtile eſt: niſi ad ꝓbanduꝫ
dei poteſtatem: ſapientiam/volunta=
tatem/ vel bonitatem. Unde ſup illo
Deutˀ.vi. Non temptabis dñm deū tu
um: dicit glo. Deum temptat: qui ha=
bens qđ faciat/ſine rōne ꝯmittit ſe di
ſcrimini/vel periculo: experiens vtrū
poſſit liberari a deo. Dicitˀ p̄mo q̄ ex=
perimentum ſumit ſeu explorat: quia
temptare eſt experimentū de aliquo
ſumere: nullus autē expimētū ſumit:
niſi de re ignota/vel dubia. Ex q̄ patꝫ
ꝙ oīs deū temptans deū ignorat: vel
dubitat de aliqua pfectione dei: qđ ſp
eſt peccatū. Ex quo ptꝫ ꝙ deum tēpta
re ſemper eſt pctm̄. Dicitˀ ex intentio
ne: ad differentiam temptationis pre
B ter intentionem. ¶ Ubi notandum
ꝙ duplex eſt dei temptatio. Una in=
tenta: alia non intēta. Intenta fit du
pliciter. vno mō expreſſe: alio mō īter
pretatiue. Expreſſe cū aliquis dicto
vel facto intendit experimentum de
aliquo ſumere. Interpretatiue ꝟo qñ
nō intendit experimentū ſumere per
ſua dicta vel facta: tamē agit vel dicit
qđ ad nichil aliud videtˀ ordinabile:
niſi ad experimentum ſumendū. Uñ
quaſi īterpretatiue deū temptat: qui
etſi non intendat de deo experimen=
tum ſumere: aliquid tamē petit vl fa
cit/ad nichil aliud vtile: niſi ad probā
dum dei poteſtatem/ bonitatem/ꝛ ſi=
milia. Dicitˀ rōne ꝓprie pſone: quia ſi
quis experimentum ſumeret de deo/
vel ad deum ptinentibus/non vt ipſe
experimentū ſumens de his/ſeu ta=
lia explorans talia cognoſcat: ſed vt
ea alijs demonſtret: qñ eſt iuſta neceſ
ſitas/aut pia vtilitas hoc non eſſet tē
ptare deū. Dicitur p ſua verba vel fa
cta non cogitata: ad differentiaꝫ infi
delitatis. Nā īfidelis inquātū huiuſ=
modi in mente dubitat de dei pfectio
ne: puta bonitate/potentia ꝛ ſīlibus.

Sed deum temptare cum directe op
ponatˀ cultui diuino ſeu latrie vel reli
gioni in exterioribus cōſiſtit actibus
Dicitur etiam p ſua verba vel facta:
quia homo deū tēptat expreſſe dupli
citer. Quandoqꝫ expreſſe verbis qñ
homo in ſua petitione orando: vel ſi=
milia verba formando: ea intentione
aliquid a deo poſtulat vt exploret dei
ſapientiam/ potētiā/vel bonitatē vel
voluntatē. Factis autē deuꝫ expreſſe
tēptat: qñ p ea q̄ facit intendit experi
mentū ſumere diuine ptātis ſiue pie=
tatis/aut ſapientie. ¶ Dicitˀ de dei C
potentia bonitate ꝛc̄. ſpeculatiue/ nō
practice. Nam duplex eſt cognitio di
uine voluntatis/ vel bonitatis. Una
q̄dē ſpeculatiua. Et quantū ad hanc
non licet dubitare nec ꝓbare vtrū dei
volūtas ſit bona/vel vtrū deus ſit ſua
uis. Alia practica effectiua ſeu experi=
mentalis: dū qs expitˀ in ſeipō guſtuꝫ
diuine dulcedinis/et complacentiam
diuine volūtatis. Sicut de ierotheo
dicit dionyſius de diuinis noibꝰ. c. ij.
ꝙ didicit diuina ex compaſſiōe ad ip=
ſa. Et hoc modo mouemur vt probe=
mus dei voluntatem et guſtemꝰ eius
ſuauitatem ſm illud Ro. xij. Probe
tis q̄ ſit volūtas dei bona/ bñplacēs ꝛ
pfecta. Et ī Pš. Guſtate ꝛ videte qm̄ pš.33.
ſuauis eſt dñs. Dicitˀ ſine ſpeciali dei
inſtinctu. Uñ abrahā nō peccauit Ge
neſ. xv. cū dixit ad dñꝫ: vñ ſcire poſſū
ꝙ poſſeſſurus ſim eā ſcꝫ terram repro
miſſam a deo? Similiter nec btā aga
tha q̄ noluit medicinā recipere: qꝛ ex
perta erat erga ſe diuinā beniuolētiā
vt vel infirmitates nō paterertˀ pro q̄=
bus corporali medicina indigeret: vl
ſtatim ſentiret diuine bonitatis effe=
ctum. Sed achas peccauit non petēs
ſignū. Nō eñ ſi petiſſet deū temptaſ=
ſet: quia deus iuſſit eū petere: et etiaꝫ
quia ptinebat ad cōmunē vtilitatem
Gedeon vero q̄ Iudic̄. vi. ſignū a deo
petiſſe legitˀ de victoria repromiſſa: ex
debilitate fidei ſm glo. petiſſe videtˀ:
ideo peccauit. Sicut ꝛ zacharias Lu
ce. i. qui dixit ad angelum. Unde hoc

ſciam? Unde ꝓpter incredulitatē pu
D nitus fuit. ¶ Ubi ſciendū ꝙ dupl'r
aliqḋ ſignū petitur a deo. Uno modo
ad explorandū diuinā poteſtatē / aut
veritatē dicti eius: et hoc de ſe ptinet
ad dei temptationē. Alio mō ad hoc
ꝙ inſtruatur quid ſit circa aliquod fa
ctū placitū deo: ⁊ hoc nullo modo pti
net ad dei temptationē. Dicit̄ ſine iu-
ſta neceſſitate: quia ſi iuſta neceſſitas
foret: nō eſſet peccatuȝ. vñ. ij. Paral'.
xx. Cū ignoram⁹ q̄d agere debeam⁹:
hoc ſolū habem⁹ reſiduū vt oculos no
ſtros dirigamus ad te. Dicit̄ ſine pia
vtilitate: qꝛ ex pia vtilitate ſcti ⁊ apl'i
petierūt: vt in noīe chriſti fierent mi-
racula. Act. iiij. Similit̄ de quodā .i.
dialogo. refert Grego. qui ſuſcitauit
paruulū ad lachrymas matris eius.
Similiter q̄uis predicatores pro vi-
ctu corporali non ſint ſolliciti / vt ver-
bo dei et doctrine vacēt: ſi ſic ſoli deo
īnitant̄ non deū temptant: quia nō ſi
ne neceſſitate vel vtilitate faciunt: ſȝ
ſi ſine tali facerent deū temptarēt. vñ
Augu. xxiij. cōtra fauſtū dicit: ꝙ pau
lus nō fugit quaſi nō credendo ī deū
ſed ne deum temptaret ſi fugere no-
luiſſet: cū fugere potuiſſet. Dicit̄ et ſi
ne aliis debitis circūſtantiis: qꝛ pie ⁊
humiliter petēdum eſt aliquid a deo /
et ſic ſeruiendū eſt deo. Dicit̄ vel qui
etiam preter intentionē: ꝓpter tēpta
E tionē dei interpretatiuā. ¶ Quo ad
ſcḋm principale notandū ꝙ ꝯtra hoc
mādatū excedit̄ quintupliciter. Pri
mo veritatē inquirendo de alia vita q̄
in fide nutantes reuocant morituros
Secūdo iuſticiā / qui volunt p duellū
oſtendi vnius innocētiā / ⁊ alteri⁹ ma
lum. Tertio ſapiētiam / qui pretermiſ
ſo ſtudio humano artes vel ſcientias
deſup expectant per orationes ſoluȝ.
Quarto potentiam / qui non fugiunt
necem cum poſſint et debeant. Pau
lus eñ per ſportam fugit: ⁊ xp̄s de tē
plo deorſum ſe nō dimiſit / ſed deſcen
dit. Quinto bonitatem qui refutant
medicinalia in caſu ſine neceſſitate
et vtilitate. Similiter qui tempus mi

ſerendi deo conſtituunt / vt dicit̄ Iu-
dith. viij. Hi eñ omnes aliquo modo
videt̄ explorare diuina illicite. Quo
ad primū querit ſanctus Tho. quotl'.
iij. queſt. ix. ar. ij. Utrum liceat ab ali-
quo moriēte requirere / vt reuelet ſta
tum ſuū poſt mortem? Rñ. ꝙ ſic ſup-
ponendo hoc tamē diuino iudicio: et
dūmodo non ex dubitatione fidei de
futuro ſtatu: quaſi temptādo inq̄rat:
et pia / et humilis intentio habeatur:
videlicet ad ſubueniendū defuncto p
ſuffragia. Ratio eſt quia ſm Dam. li.
iij. Impletio naturalis deſiderij non
eſt peccatū: niſi aliqua īordinatio ad-
iungat̄: vt patet de cibo: naturaliter
autē ſcire deſideramus .i. Meth. Sed
cū prefatis tribus cōditionibus deſi-
derare ſcire ſtatum alicuius poſt mor
tem nichil īordinate videt̄ habere an
nexum. Unde. ij. Machab. xij. Sācta
ergo et ſalubris eſt cogitatio pro de-
functis exorare: vt a peccatis ſoluan-
tur. Hec thomas. Quidā alius do-
ctor addit ꝙ qui expeteret redituȝ vt
certificari vellet de ſtatu illo an vide-
licet celū ſit / vel infernus / qḋ cōmunit̄
ter predicatur: mortalit̄ peccaret: qꝛ
infidelis foret. Dicit etiā ꝙ iſtam pe-
titionem non debēt facere niſi homi-
nes deuoti. Et illi poſſunt ſic expeti q̄
fuerunt in ſtatu iſto deuoti: et de qui-
bus p̄ſumitur ꝙ ſint ſaluādi. Diabo-
lus eñ ſepe īmiſcere poteſt illuſiones
quādo ſic mortui reuocātur. Contin-
git eñ quādoq̄ȝ mortuū eſſe in purga
torio: et demon in eius ſpecie dicit eū
eſſe in inferno: vt aīa ſuffragio priue
tur: et viu⁹ de deuota vita mortui quā
recolit imitari deſiſtit. Secūdo cōtin-
gere poteſt animā eſſe in purgatorio
quā demon dicit eſſe ī celo: vt anima
ſuffragio priuetur. Sed queris: nun-
q̄d tenet̄ viuus apparenti credere qḋ
aperit? Rñ. idem doctor: poſito ꝙ de-
functus reuerteretur: non eſſet quis
obligatus credere ea que reuelaret / li
cet etiā eſſent vera. Hec ille. ¶ Se- F
cūdo poſſunt peccare cōtra iſtud du-
bitantes. Ubi notādū ꝙ ſm Nicolaū

de lira ſup materia duelli dauid cū go
lia.i.Regū.xvij. Duellū poteſt dupli=
citer accipi. Uno modo ꝓprie ⁊ ſic eſt
ſingularis pugna duoꝝ/ vt per victo=
riā vnius appareat tandē eius iuſti=
tia ꝑ diuinū iudiciū/⁊ alterius iniuſti
tia. Et ſic ſm oēs doctores duellū eſt
illicitū/tam ex parte appellātis ꝙ re
cipientis: et etiā iudicantis:⁊ cōſulen
tiū/ſcilꝫ ex officio:⁊ fauorē preſtātiū.
Similiter ſacerdotes qui darēt bene
dictionē talibꝰ: quia ibi manifeſte eſt
tēptatio diuina/ grauiter ibi videtur
peccare appellatus inuite ſeu ſuſcipi
ens inuite: grauius qui ſponte ſꝫ offe
rēs grauiſſime. Similiter videtur de
iudice ⁊ cooperantibus. Hec videtur
Raymūdi ſentētia. Et hoc modo ſm
quoſdam videnᷓ loqui de duello iu=
ra/ipm̄ duellum prohibentia.xi.q.v.
monarchiā. et extra de purgatiōe vul
gari. cū ſuſcepiſti. niſi per reuelationē
diuinā manifeſtatum fuerit/ ꝙ deus
vult ſic iudicare ſuā iuſtitiam: et hoc
modo Dauid aggreſſus eſt goliā: qa
ei dixit: ego venio contra te in nomīe
domini viuentis: nec proprie ſic da=
uid fuit duellator/ ſed diuine iuſtitie
G executor. ¶ Alio modo poteſt acci=
pi duellum large/prout eſt bellū ſin=
gulare vnius cum vno abſqꝫ expecta
tione diuini iudicij: ſed vt per virtutē
artem/vel fortunā: vel omnibus iſtis
vel aliquibus eoꝝ concurrētibus ali=
qua cōtrouerſia inter eos criminalis
vľ ciuilis terminenᷓ. An tale duellum
ſemꝑ ſit peccatū mortale: diſcordant
tam theologi ꝙ iuriſte. Fit autē duel
lum tripliciter. Primo a ſpirituſan=
cto. vt in dauid.i.Regū.xvij. et in Ro
lando/vt habenᷓ in hyſto. Karoli. Se=
cūdo ſm multos/ preſertim ex parte
appellantis cum peccato: vt in ſecun
do modo dictum eſt. Tertio ſemper
eſt graue peccatum: vt in primo caſu
Et notandum ꝙ iudicium ferri cādē
tis/et aque feruentis/ et ſimilia pro=
hibita ſunt/ ſicut et de duello dictum
eſt. Tertio peccare poſſunt cōtra hoc
volentes per artem notoriam vel ſi=
milem ſine humano ſtudio ſcientiam
adipiſci. Quarto qui non fugiūt vbi
tenenᷓ et poſſunt/ dei auxiliū ad hoc
ſine cauſa expectantes. Contra quos
chriſtus ait. Cum vos perſequentur
in vna ciuitate: fugite ad aliā. Math.
x. Quando autem fugienda ſit mors
in chriſtiana perſecutione/ ⁊ quando
non: vnctio/⁊ cōſideratio ſcandali/pe
riculum gregis/⁊ huiuſmodi/ docere
poſſunt. Nā aliquādo cōtingit eodeꝫ
tēpore/⁊ in eodē loco: vnū debere fu=
gere alterū nō vt de ſantulo quē gla=
dius ferire nō potuit: ⁊ de diacono re
cedente Greg. ponit exemplū ī li. dia
lo. Quinto quidam fugiūt medicina
lia vbi oportet: qḋ licet agatha feciſſe
videanᷓ: tamē vt Tho. ſecunda ſcḋe.q.
xcvi. dicit/ fuit certa de dei adiutorio
vt ſupra. ¶ Quo ad tertiū principa H
le nota ſm Tho. quadruplex eſt gra=
dus deū tēptantiū non oēs tamē ſūt
ꝓprij. Primus eoꝝ qui animū nō ꝑ=
parant ante orationē: ſed diſtrahunᷓ
ſcienter ⁊ negligenter/qui labijs deū
honorāt ſolū. Secūdus eoꝝ qui nō di
mittunt ante orationem debitoribus
rancorem tenentes. De ambobus di
citur Eccleſiaſt.xviij. Ante orationeꝫ
prepara animā tuam ⁊ noli eſſe qua=
ſi homo qui temptat deum. vbi dicit
glo. īterliñ. Temptat deum qui orat
quod docuit: ſed non facit quod iuſ=
ſit. Supra que dicit Thomas ſecun=
da ſecunde vbi prius: ꝙ iſte qui ante
orationem ſuam animam non prepa
rat dimittendo ſi quid aduerſus quē
habet: vel aliquis ſe ad deuotionem
non diſponendo: non facit quod in ſe
eſt/vt exaudiatur a deo: et ideo qua=
ſi interpretatiue tēptat deum: ⁊ quā=
uis huiuſmodi quaſi interpretatiua
temptatio videatur ex preſumptione
ſeu indiſcretione procedere: tamen
hoc ipſum ad dei irreuerentiam per=
tinet/ vt homo preſumptuoſe/ et ſi=
ne debita diligentia ſe habeat in his
que ad deum pertinēt. Dicitur enim
ꝑme Petri.v. Humiliamini ſub po=
tēti manu dei. ⁊.ij. thimo.ij. Sollicite

cura teipſum ꝓbabilē exhibere deo.
Unde etiā huiuſmodi tēptatio ē ſpe=
cies irreligioſitatis. Hec tho. Terti⁹
eoꝝ qui preter intentionē petūt vel fa
ciunt ꝗ dicit in diffinitionis declara=
tione/interpretatiua tēptatio. Quar
tus eoꝝ qui ex intentione talia faciūt
vt ibidem patuit.

¶ Capitulū.xx.de accidia:ꝛ ſpecie
bus eius:et remediis.

Quintodecimo prohi
betur hic accidia:cu
ius ꝓpriū eſt triſta=
ri de obſequio diui=
no:ſicut charitatis eſt
gaudere in bono di=
A uio. ¶ Ubi tria pn
cipaliter ſūt vidēda. Primo de quid
ditate ꝛ malicia ꝛ origine accidie. Se
cundo de ſpeciebus. Tertio de reme=
diis. Quantū ad primū notandū ſꝫ
Tho. ſcđa ſecunde. queſt. xxxv. Acci=
dia eſt triſticia de bono diuino qđ hō
debet facere. Dicitur pmo triſticia/ ſꝫ
nō quelibet. Eſt eñ ꝗdam triſticia bo
na:vt illa qua cōpatimur miſerie pro
ximi:ſicut miſeria facit triſtari:et paſ
ſionis xp̄i meditatio. Similiter triſti
cia quā habemus de peccatis cōmiſ=
ſis in cōtritione. Alia eſt triſticia ma=
la in appetitu vindicte inordinato: et
cōſtituit ſpeciē peccati ire:vel triſticia
de bono proximi:ꝛ facit odiū vel inui
diā. Sed triſticia de bono diuino con
ſtituit accidiā. Dicit ſcđo de bono di
uino/id eſt de bonis ſpiritualib⁹ iſtis
potiſſime ꝗ hoīem per ſe ordinant in
deū:vt ſunt ſeruitutes deo exhibēde/
corde:ore vel ope:de quibus dictum
fuit a primo precepto particulari vſ=
ꝙ ad ſextum. Et ſic etiā ſunt oīa opa
virtutum:nō inquātū circa talem ma
teriā:ſed inquantū ꝓpter deū facta/ꝛ
in deū relata. Ex quo patet ꝙ eſt acci
dia oris/ cordis/et operis. Quia ꝗs
ſunt agenda:ideo ſibiipſi poteſt neceſ
ſitatem imponere per diuini nominis
inuocationē: non autē hanc neceſſita
tem poteſt alijs īponere:niſi ſibi ſub=
ditis quos poteſt ex debito preſtiti iu
ramenti cōpellere. Si igitur aliquis
per inuocationē diuini noīs/vel cuiuſ
cunqꝫ rei ſacre alicui non ſibi ſubdito
adiurando neceſſitatē agēdi aliquid
imponere intendat/ſicut īponit ſibiip
ſi iurando:talis adiuratio illicita eſt.
quia vſurpat poteſtatem in aliū quaz
non habet. et cum nititur compellere
quodāmodo. Tn̄ propter aliquā ne=
ceſſitatem:qui ſunt ſuperiores/ſuos ī
feriores tali genere adiurationis con
ſtringere poſſunt. Et ideo princeps ſa
cerdotum/vt Orige. dicit ſuper Ma=
theum: ieſum illicite adiurauit ꝑ deū
viuum. qꝛ ſubditus eius non fuit. Si
vero adiurans intendat ſolūmodo ꝑ
reuerentiā diuini nomīs/vel alicuius
rei ſacre/aliqd ab alio obtinere abſqꝫ
neceſſitatis impoſitione:talis adiura
tio licita eſt reſpectu quorumlibet. Et
ſic adiuramus deū dicēdo per paſſio=
nem ⁊ crucem tuā libera nos. Simili
ter hominē demonē/et āgelum. et ſic
patꝫ ſecundū ⁊ tertium. Eſt enim mo=
dus adiurandi ſic duplex. Unus per
modum compulſionis ⁊ eſt illicit⁹ ad
equalē et ſuperiorē de quo in primo.
Secundus eſt per modū deprecatio=
nis vel inductionis ob reuerentiā ali
cuius ſacri. ¶ Quomodo igitur de= F
mon poteſt a nobis adiurari licite vel
non? Rn̄. ꝙ non licet demones adiu=
rare per modū beniuolentie depcatio
nis ſeu inductionis. qꝛ ille modus vi
detur ad quandā beniuolentiam vel
amicitiam pertinere. qua non licet ad
demones vti. ⁊ ſic necromantici vtun
tur adiurationibus/et inuocationib⁹
vel incantationibus demonū ad ali=
quid ab eis obtinendū/adipiſcendū/
vel addiſcendū. Secūdo autē adiura
tionis modo videlꝫ/q̄ eſt ꝑ cōpulſionē
lꝫ nobis ad aliquid vti/⁊ ad aliqd nō
licet. Poſſumus enī demones adiu=
rando per virtutē diuini noīs tanꝙ ī
micos repellere/ne nobis noceāt cor
poraliter vel ſpūaliter ſm poteſtatem
datā a xp̄o ſm illud luc. x. Ecce dedi
vobis poteſtatē calcandi ſuper ſerpē
tes/⁊ ſcorpiones/⁊ ſuꝑ omnē virtutez
īmici/⁊ nichil vobis nocebit. Et mar
ci vlt. In noīe meo demonia eijcient.
Et rō iſtius eſt. qꝛ demones in curſu
huius vite nobis aduerſarij conſtituū
tur. nō aūt eorū act⁹ noſtre diſpoſitio
ni ſubduntur/ſed diſpoſitioni diuine
et ſanctorū angelorū ſm Augu. iij. de
trini. Nō tn̄ licitū ē demones adiura=
re ad aliqd ab eis addiſcendū/vl̄ etiā
ad aliquid per eos obtinendū. qꝛ hoc
ꝑtineret ad aliquam ſocietatem cum
ipſis habendā. Un̄ criſoſto. ſuꝑ illud.
Obmuteſce ⁊ exi ab eo:dixit. Saluti=
ferum hic nobis dogma dat:ne creda
mus demonibus quātūcunqꝫ denun
cient veritatē/niſi forte ex ſpeciali in=
ſtinctu vel reuelatiōe diuina aliq̄ ſan=
cti ad aliquos effectus demonū ope=
ratione vtantur. ſicut de beato iacobo
legitur: ꝙ per demones fecit hermo=
genem ad ſe adduci. ⁊ ſic patet. iiij.
¶ Ex p̄dictꝫ ſequit̄ p̄mo ꝙ nulla alia G
poteſtas habet demonē cogere niſi di
uina/angelica/⁊ humana. nō ex natu
ra:ſed ex gratia et virtute diuina. Et
rō eſt quia nō eſt poteſtas ſuꝑ terrā q̄
ei cōparetur q̄ factus eſt vt nullum ti=
meret. vt dicit̄ Job. xli. Un̄ glo. ibidē.

Ꝺla humana ſuperat/⁊ ſi meritis ſan
ctorū ſubiaceat. Exemplū eſt de mul=
tis ſanctis. Nec obſtat illō thobie.vi.
q raphael thobie iuniori dixit.q fu=
mus particule cordis piſcis poſiti ſu=
per carbones exterminaret oē genus
demoniorū. fumus eñ hoc nō fecit vt
dicit Nico.de ly.qꝛ res corporalis nō
imprimit in rē pure ſpiritualeꝫ.ſꝫ per
fumū deſignabatur virtus expulſiua
meritoria thobie/que fuitvirtus ora=
tionis thobie. Cuius merito raphael
expulit demonē/ſarram liberādo.ꝓ=
pter quod dicitur ibidē. Raphael ap=
prehendit demoneꝫ:et ligauit eum in
ſuperioribus egypti. Nec obſtat illud
i.Reg.xvi.vbi ad citharisationem da
uid ſpiritus malus in ſaul quieuit.qꝛ
non fuit liberatus:ſaltē vt demon nō
rediret.ſed melius habebatvirtute di
uina īmediate/vel mediātibus ange=
lis ſanctis ex merito dauid.qui laudes
diuinas in cythara canebat pro ſalu=
te ſaul:ſicut et ſancti deuotionibus.
melodia aūt coopabat ad deuotionē
Sicut ⁊.iiii.reg.iii.heliſeus fecit ad=
duci pſalten:vt mens eius in deū ele=
uaretur.non tamē melodia in demo=
nem agebat. Itē naturalē diſpoſitio=
nem melodia bonam poterat facere ⁊
malā īminuere.ratiōe quoꝝ demō mi
nus poterat vexare. De quarta mate
ria plenius reperies.li.v.in dialogo de
formicis. Secundo patet ex prefatis
falſitas quorundā libroꝝ in ſcriptis ne
cromāticorum/⁊ exorciſmoꝝ/qui per
talia caracteriſata demones ſe putāt
cogere et vexare:ſecluſa virtute diui=
na.nō attendētes illud xpi. Hoc genus
demoniorū non eiicitur niſi in ieiunio
⁊ oratione. Per ieiuniū eñ ſm Bedā
corpus:et per orationē ſpiritus leua=
tur ad deū vt calcet demonia. Tertio
ſequitur q exorciſmi quidā deberent
examinari per litteratos:an aliqd ſu
perſtitioſum continerēt.tunc eñ non
eſſent admittendi:ne poſteriora peio
ra fierent prioribus. Sicut exēplū po
nit greg.li.i.dialogorū de quadā per
demonē obſeſſa/poſt coitū eccleſiam
intrante.et cū ſacerdotis cuiuſdaꝫ in=
namen nichil iuuaret:ad incātatores
eā duxerunt cognati:⁊ legio in eā in=
trauit. ¶ Quito: an liceat adiurare b
irrationalē creaturā? Rñdit tho. Ad=
iuratio qua quis vtitur ad irrationa=
lem creaturā poteſt ītelligi dupliciter.
Uno modo vt ipſa adiuratio refera=
tur ad ipſam creaturā irrationalē ſm
ſe. Et ſic vanū eſſet irrationalē creatu
ram adiurare/ cum nō intelligat locu
tionem. Alio modo vt referatur ad eū
a quo irrationalis creatura agitur et
mouetur.⁊ ſic dupliciter adiuratur ir
rationalis creatura. Uno quidē mo=
do per modū deprecationis ad deum
directe.quod pertinet ad eos qui diui
na inuocatione miracula faciūt. Alio
modo per modū compulſiōis/que re=
fertur ad diabolū qui in nocumētum
noſtrū vtitur irrationabilibus creatu
ris. Et talis eſt modus adiurandi in
eccleſie exorciſmis:ꝑ quos demonuꝫ
poteſtas excluditur ab irrationabili=
bus creaturis. ¶ Circa tertiū an li= I
ceat ꝑ creaturas iurare? Rñ. ſꝫ Hor.
ſup math.v. Iurare per creaturā qua
druplicit cōtingit. Primo ipſam tāq
aliquod diuinū implorando.⁊ ſic ſtri=
cte punitur iurans.caū.xxii.in duobus
locis. Et etiā ſi quis periuriū cōmitte
ret mendaciū per creaturā iurādo.vt
ibidē dicitur. Scdo cōtingit iurare ꝑ
creaturā iuramentū tanq per rem vi=
lem contēnendo.primū pertinet ad ī=
fidelitatē/⁊ ſemper eſt pctm ſicut et ſe
cundū quod pertinet ad doloſitatem.
Tertio deū qui in ipſa creatura preſi=
det tanq teſtem īuocādo.et ſic ioſeph
iurauit per ſalutē pharaonis. Gene
xlii.et eccleſia iurat per ſancta euāge=
lia. Quarto contingit iurare per crea
turam tanq eam ad vſum quē iurās
inde ſperat deo impignorādo.⁊ ſic fit
iuramentū execratoriū.vt teſtis ē mi=
chi deus in aīaꝫ meā. Tertio ⁊ quar=
to licitū eſſe poteſt vt ſupra tactū fuit.

¶ Ca.v.de voto et eius fractione ⁊ di
ſpenſatione.

Contra ſecūdū p̄ceptū
Non aſſumes ⁊c̄. pec
cant etiam votū fran=
gentes. Unde de voto
primo videndum eſt
quid ſit. Secūdo quā
tum peccatum ſit in=
fringere votum. Tertio de eiꝰ diſpē=
A ſatione. ¶ Quātum ad primū notā
dum ſm magiſtrū in. iiij. diſt. xxxviij.
et Tho. et alios theologos: ꝙ votū eſt
ꝯceptio ſpōtanea melioris ꝓpoſiti/ani
mi deliberatione/deo vel ſanctis eiꝰ
firmata cum intentione ſe obligandi.
Pro cuius intellectu notandū ꝙ ad
licitū et completum votum plura exi
guntur/q̄ tangunt̄ in deſcriptione eiꝰ
Primo eſt conceptio alicuius a ſpiri
tuſancto in intellectu facta. Scd̄o exi
gitur ꝙ non ſit de malo. Nam ꝓprie
ſumptū votū non poteſt eſſe de malo
Nā dicit̄ ibi melioris: vbi preſuppo=
nitur ꝙ ſit bonū. Malū eī potius nos
deordinat a deo: votum eñ non eſt vi
culū iniquitatis. Unde Iſid. In ma=
lis ꝓmiſſis reſcīde fidem: in turpi vo
to muta decretuꝫ. Unde iudei plures
ꝙ. xl. qui vouerunt ſe neqꝫ manduca=
turos/neqꝫ bibituros donec occide=
rent paulum. Act. xxiij. male vouerūt
Tertio exigitur ꝙ non ſit de neceſſa=
rio a nobis al's fiēdo: qꝛ melioris: ad
bonū eñ neceſſarium puta qd̄ al's eſt
preceptū nobis: obligamur ex alteriꝰ
auctoritate: et hoc ꝓprie nō pertinet
ad votum cuius obligatio eſt ex me=
ra voluntate: verūtamen vt dicit Du
randus: qꝛ ad idē poteſt qs obligari
pluribus obligationibus: ideo nichil
prohibet quin ad illud ad qd̄ obliga=
mur per preceptū ex alterius auctori
tate/obligemur etiā ꝑ votū ex ꝓpria
voluntate. Unde firmiter tenendum
eſt ꝙ vouens continentiam et cōmit=
tens adulteriū/vel ſimplicem forni=
cationem peccat dupl'r/videlicet pec
cato adulterij vl' fornicatōis/⁊ nichilo
minus fractione voti: quāuis illd̄ vo
tum ſit large et ĩproprie dictū. Quia
votum ꝓprie dictum eſt ſolū de his q̄
ſunt in homīs libertate. Quarto exi=
git̄ ꝙ non ſit bonū indifferens: qꝛ ta=
le vt ſic non ordinat̄ in deū. Itē ꝙ nō
ſit de minori bono. ibi: melioris boni
Ratio eſt quia minus bonū reſpectu
maioris boni habet rōnem mali: ⁊ idō
nō poteſt cadere ſub voto ĩquātū eſt
impeditiuū maioris boni. Quīto exi
gitur ꝙ ſit cōceptio libera. ibi: ſponta
nea. Ex quo patꝫ q̄ poſſint vouere: qꝛ
quilibet poteſt vouere ea q̄ ſunt ĩ ſua
libertate/et ea in quibus eſt ſui iuris.
Uñ impuberes/ſerui/religioſi/clerici
et vxores in q̄buſdā nō poſſunt voue
re. ¶ Sexto exigit̄ deliberatio. ibi: B
animi deliberatione. Et addit̄ ad dif
ferentiā votoꝝ que fiunt ex ſurreptio
ne in quibꝰ non ĩuenit̄ plena ratio vo
ti. An autē deliberatio ad votū exiga
tur dicit Richar. Uotū dr̄ a volendo.
vñ ſicut in nobis eſt duplex velle ſcilꝫ
plenū qd̄ eſt deliberatiuū/et ſemiple=
nū qd̄ eſt velle ex ſurreptione: ſic etiā
eſt duplex votum. Quoddā habens
plenā rōnem voti: ⁊ quoddā ſurrepti
tiā ſiue ſemiplenā: ⁊ de rōne primi eſt
ꝙ ſit factū ex deliberatione: non autē
de ratiōe ſcd̄i. Tale eñ poteſt fieri ex
ſurreptione. et qꝛ nō hꝫ plenā rōnē vo
ti: ideo nō obligat de neceſſario/ſꝫ tñ
de cōgruo. extra eodē. veniētes. ⁊ ex=
tra de iuſiu. ad nr̄am. Et ideo venire
cōtra tale votū/etiā ꝓpria auctorita=
te: nō eſt peccatū mortale. Septīo di=
cit̄ deo vel ſanctis eiꝰ: qꝛ nō eſt ad ho
minem ꝓprie. Uñ Richar. dicit ꝙ de
forma voti eſt vt fiat deo. extra de vo.
et vo. redē. magne. c. i. Rō eſt qꝛ hō in
voto obligat ſe ad faciendū aliqd̄ bo
nuꝫ: nulli autē aliū a deo poteſt homo
de iure obligare ſe totum: q̄a ſibi ſoli
cōuenit de iure poteſtas ſuꝑ hoīeꝫ to
tū: ⁊ nullꝰ p̄t recipē de iure obligatio
nē: niſi cōueniat ei de iure ptās in il=
lā rem: et ideo ſoli deo poteſt fieri vo=
tum proprie loquendo de voto: quia
tamen ſalus totius hominis multuꝫ
ꝓmouet̄ per orōnes ſanctoꝝ/⁊ illud
aliquo modo poſſumus: ſed non ple=
ne quod impetrare valemus: ſanctis

aliquo modo cōuenit poteſtas ſuper
hominem totū:et ideo poteſt fieri eis
aliquo modo votū:nō tamē plene ra=
C tionē hn̄s voti. Hec richar. ¶ Octa
uo dicitur firmata animi/ſcilȝ delibe
ratione. Primo eñ exigit᷑ delibera=
tio. Secūdo ꝓpoſitū volūtatis qđ exi
git deliberationē. Tertio ex ꝓpoſito
pꝛocedit ꝓmiſſio in qua perficit᷑ ratio
voti/quā ꝓmiſſionē ſeu firmitatē tho
mas ſic declarat. Votū quādam obli
gationē impoꝛtat ad aliquid faciēdū
vel dimittendū:obligat autē homo ſe
homini ad aliqđ per modū ꝓmiſſio=
nis/que eſt rationis actus:ad quā pti
net oꝛdinare:ſicut eñ homo imperan
do vel depꝛecando oꝛdinat quodam
mō quid ſibi ab aliȷs fiat: ita pꝛomit=
tendo oꝛdinat quid ip̄e pꝛo alio face=
re debeat. Sed ꝓmiſſio que homi fit
non poteſt fieri niſi per verba/vel q̄cū
ꝗ alia exterioꝛa ſigna: deo aūt poteſt
fieri ſola ꝓmiſſio ꝑ interioꝛē cogita=
tionem. Quia vt dicit᷑ .i. Reg. xvi. Ho
mines vidēt ea que patent/ deus au=
tem intuet᷑ coꝛ. Hec tho. Aliqui vt goꝛ
ram. Numeri. xxx. addūt/intentionē
obligādi ſe ad iplēdū ꝓmiſſū:dicen=
tes ex nuda ꝓmiſſiōe / ⁊ ex delibera=
tiōe facta nō obligari ꝓmittētē. Sola
eñ deliberatio non firmat ꝓmiſſionē
quā additionē Richar. nō impꝛobare
D videt᷑. ¶ Dubitatur an expediat vo
uere? Rñ. richar. vouēs aut vouet bo
na quoꝝ obſeruatio videtur ꝓbabili=
ter pꝛopoꝛtionata infirmitati ſue ſpe
ciali/aut īpꝛopoꝛtionata. Primo mō
expedit homī vouere:qꝛ per hoc am=
plius firmat voluntatē ſuā in bono/⁊
excludit a ſe ꝓ magna parte libertatē
malefaciendi/⁊ facit actū virtutis la=
trie:et ideo vouendo meret᷑ ꝓpter qđ
ps̄.75 vouet. Unde Ps̄. Vouete/ ⁊ reddite
dn̄o deo veſtro. Secūdo modo nō ex=
pedit nec licet:quia tale votum nō ha
beret diſcretionem comitem : cuȝ per
hoc vouēs magis ſe videat᷑ illaquea
re q̄ augere ſecuritatem de ſua ſalute
Simile dicit tho. ſecunda ſecūde. vbi
E pꝛius. ¶ Dubitatur an meli⁹ ſit ali

quid facere ex voto q̄ ſine voto? Rñ.
Tho. ibidem ꝙ ſic:triplici de cauſa.
Primo quia vouere eſt actus latrie/
que eſt nobiliſſima virtus. illud autē
quod imperat᷑ a nobilioꝛi virtute me
lius eſt/et magis meritoꝛiū. Secūdo
quia qui vouet plus ſe deo ſubȷ́icit q̄
qui nō vouet. Sicut q̄ daret arboꝛē cū
fructu/q̄ q̄ daret tm̄ fructū: vt dic̄ an
ſel᷑. vnde ⁊ ꝓmittentibus gratie augē
tur. Tertio quia ꝑ votū volūtas īmo
biliter firmat᷑ ad bonū. Facere auteȝ
aliqđ ex volūtate firmata ad bonū: ꝑ
tinet ad ꝑfectionē virtutis:vt patet ꝑ
pħm. ij. ethico. Richar. rōnē aſſignat
ſic. Cum deus acceptat opus ꝓpter
operantem tātomagis acceptat opuſ
quanto eſt ab homine ad eius ſerui=
tium ſpecialius dedicatum. Sed cete
ris paribus idem cū equali ſcilȝ cha=
ritate ⁊ letitia ſpecialius dedicat᷑ ho=
mo ad dei ſeruitiū ꝑ votū q̄ ſine voto
Nam votum vt dicit pe. de pa. in. iiij.
non eſt periculoſum de ſua natura: ſȝ
ex culpa nō faciētis / ideo expediens
eſt vouere. Et licet melius ſit nō vo=
uere/q̄ ꝓmiſſa nō reddere:tamē me=
lius eſt vouere q̄ non vouere. Sicut
melius eſt baptiſari q̄ nō baptiſari:⁊
tamen melius eſt nō baptiſari q̄ poſt
modū retroꝛſum conuerti. ¶ Dubi F
tatur an penitens de eo qđ vouit lici=
te al's nō cōpleturus votum niſi quia
non vult frāgere votū niħ̄ıl talis me
retur? Rñ. ſm̄ anſel. li. de ſimilitudi=
nibus. ꝙ plus talis meret᷑ q̄ ſimile fa
ciens non ex voto. Et exemplificat de
vulnerato cauteriſādo q̄ timēs abſci
ſionem malaꝝ carniū nevıolenter me
dicuȝ ledat ſe ſpontanee iubet ligari:
quem cū vrere medicus incipit: inci=
pit turbari ligatus et nolit⁹velit reſci
ditur putridū:recedente paſſiōe/ gra
tias tam ligatoꝛibus q̄ medico refert
Dicit etiam pe. de palu. talis adhuc
plus meretur ceteris paribus q̄ ſi ſi=
ne voto ſimile faceret. Primo quidē
quia bona volūtas ſufficit ad meritū
ſm̄ Bern̄. Un̄ a pn̄cipio qn̄ vouit ⁊ nō
ſoluit : tm̄ meruit q̄tum qn̄ ſine voto

ſoluit:et huic merito ſupadditũ ē me
ritum iuſtitie quo vult facere qd̉ pro=
miſit. Scd̉o quia licʒ ſit triſtitia ĩ hoc
qd̉ vouit/et q̄dam voluntas:tñ in ſol
uendo qd̉ vouit/ꝛ in venerando:votũ
eſt voluntariũ. Tertio etiam videtur
ꝙ nõ demereť in hoc ꝙ vellet non vo=
uiſſe:quia ſicut a p̄ncipio nõ tenebať
vouere:ſic voto ex poſtfacto tenebať
ſoluere:vel dato ꝙ penitere de bono
ſit ſibi pctm̄:tñ nõ ꝓpter hoc impediť
q̄n volendo bonũ mereatur/ maxime
G ſi ſint diuerſi actus. ¶ Nũc ſcd̉o vi
dendũ eſt quõ votũ liget. Ubi primo
notandũ ꝙ votũ ligat ad faciendum
rē poſſibilē. Uñ deuť. xxiij. Cũ votum
voueris dño deo tuo:nõ tardabis red
dere:quia requiret illud dñs deꝰ tuꝰ.
Ratio eſt ſm tho. qꝛ oĩs ꝓmiſſio lici=
ta facta cũ intentione obligandi ſe et
cũ deliberatõe/ſi acceptetur ab eo cui
fit:obligat ꝓmittentē nõ tantũ ex pre
cepto legis diuine: ſed etiam legiſ na
ture:ſed votũ licitũ eſt hmõi ꝓmiſſio
et omnē talē ꝓmiſſionem recipit de=
us:ḡ ꝛc̄. Dť notāter poſſibilem: qꝛ ſʒ
tho. in ſcripto. Quicq̄d fiendũ votum
impediret ſi p̄ſens eēt dũ voueť:etiaʒ
aufert obligationem voto facto. Uñ ſi
voueť poſſibile iam:ꝛ fit idē poſtea ĩ=
poſſibile nõ obligat ꝓ quanto eſt im
poſſibile:vt ſi diues voueret cõſtrue=
re eccľiam/ q̄ depaupať poſtea vt in=
fra diceť. Scd̉o notandũ ſm tho. vbi
prius ꝙ voti fractio ꝓpria auctorita=
te eſt ſemꝑ peccatũ mortale:niſi forte
ſubeſſet rationabilis cauſa:ꝛ tunc nõ
poſſet haberi recurſus ad auctoritatē
p̄lati aut diſpenſantis/aut votum cõ
mutantis. Pe. de palu. in. iiij. diſtin.
xxxviij. dicit ſic. Primo omnis volun
taria voti fractio eſt mortalis: qꝛ red
dere ē neceſſitatiſ:ꝛ totieſ q̄tiēs frāgit
dum tamē aſſit actꝰ exterior et inte=
rior:ſecus ſi exterior tm̄: quia pecca=
tum per ſe eſt in actu interiori. Et hoc
intellige in voto negatiuo:vt exempli
gratia in illo qui vouit non bibere vi
nũ. Secus in affirmatiuo: puta cum
q̄s voueret ieiunare:tunc eñ nõ quo=
tiens comedit totiens peccat: ſed ſo=
lum ſecũda vice:tertia autē ꝛ deinceps
non:maxime ſi nõ ex cõtēptu: ſed q̄ſi
non reputans ſibi poſſibile plus illa
die ieiunare:paratus ieiunare ſi iã non
fregiſſet/ꝛ paratus alia die integra ie
iunare ꝓ illa. Secus ſi in ꝯtemptum
puta ſi oĩo fruſtra fregerit/aut adhuc
fracturus ſi nõ fregiſſet. Hec ille. De
hoc dubia ſunt apud doctores:preſer
tim de affirmatiuo/nõ ex contemptu.
¶ Tertio notandũ ſm eundē tho. in H
materia de iuramento ſecunda ſcd̉e.
ar. viij. Uotum ex ſua rõne eſt magis
obligatoriũ q̄ iuramentũ/ſaltem pro
ximo p̄ſtitum vt ſic:qꝛ obligatio voti
cauſatur ex fidelitate quã deo debe=
mus/ſcʒ vt ei promiſſum ſoluamus:
obligatio autem iuramenti cauſatur
ex reuerentia quã debemus homini:
ex qua tenemur ꝙ verificemus illud
qd̉ ꝑ nomen eius ꝓmittimus:ſed om
nis infidelitas irreuerentiã continet:
ſed non cõuertiť illud. Uideť eñ infi
delitas ſubiecti ad dominũ eſſe ma=
xima irreuerētia/ ꝛ ideo votũ ex rõne
ſua magis eſt obligatoriũ q̄ iuramen
tũ. Diciť notanter ꝓximo preſtitũ vt
ſic. quia Richar. diſtinguit de iuramē
to. Aut eñ fit homĩ/aut fit deo. Pri=
mo modo nõ ita fortiter obligat ſicut
votũ:qꝛ obligatio q̄ fit deo in voto eſt
fortior obligatiõe q̄ fit hoĩ. Scd̉o mõ
magis obligat iuramentũ ceteris pa
ribus. Uotum eñ nõ importat niſi ꝓ
miſſionem deo factam ex deliberatio
ne cũ intentione ſe obligandi: hoc au
tem totum importat iuramentum/et
addit teſtimoniũ prime veritatis ad
maiorem confirmatõnem ꝓmiſſiõis.
¶ Dubitatur primo an votũ ſemper I
obliget ad obſeruantiam ſiue imple=
tionem? Rñ. Tho. in ſcripto. quicq̄d
fiendum votum impediret ſi p̄ns eēt:
etiã voto facto: obligationem aufert.
Unde ſi aliq̄d eſt poſſibile cũ voueť/
et poſtea fit impoſſibile: tolliť obliga
tio q̄tum ad hoc:vt ſi quis diues vo=
ueret edificare eccľiam qd̉ poſtmodũ
ꝑficere nõ poſſet pauptate ſupueniēte:

non obligatur: hoc tamen ſic intelli-
gendo ꝙ ſi factus eſt omnino impo-
tens: abſolutus eſt a toto. Si autē ex
parte/ita ꝙ totum ꝑficere non poteſt
tunc remanet ſolū obligatus ad illud
K quod poteſt: et non ad aliud. ¶ Dubi-
tat̃ ſcdo. Utrū vouens votum licitum
teneat̃ ſtatim ſoluere ipm? Rñ. ſꝫ Ri
chardū. Obligatio voti cauſat̃ ex ꝓ-
pria voluntate et intentiōe. Un̄ deut.
xxiij. Quod ſemel egreſſum eſt de labijſ
tuis: obſeruabis/ et facies ſicut ꝓmi
ſiſti dño deo tuo: et ꝓpria volūtate lo
cutus es et ore tuo. Et ideo ſi de volū
tate ⁊ intentione vouentis ſit obliga-
re ſe ad ſtatim ſoluendū: ſtatim ſolue
re tenetur. Si aūt ad certū tp̄s vel ſub
certa cōditione/non tenet̃ ſtatim ſol-
uere/ſed nec tardare debet vltra ꝙ in
tendit obligare ſe deo. Dicit̃ ei ibidē.
Si votum voueris dño deo tuo / non
tardabis reddere: quia requiret dñs
deꝰ tuus illud. ⁊ ſi moratus fueris: ti
bi reputabitur in peccatū. Guill. ro-
de. dicit. Cuꝫ aliquis aliq̄d vouit ſine
cōditione vel tp̄is prefixione: tenetur
illud exequi ſtatim cum poteſt: niſi in
vouendo aliud in mente habuerit: ta
men datur ei tempus ad arbitriū bo-
niviri ad diſponendū de rebus ſuis.
Cōcordat tho. addens in ſcripto: ꝙ ſi
is q̄ vouerat intrare religionē: ex mo
ra circa diſpenſationem rerū ꝓbabili
ter timeret ꝑpetuū impedimētū tene
L tur vlterius non differre. ¶ Dubita
tur tertio An votum ſubitum/minus
ſcꝫ deliberatū obliget? Rñ. Pe. de pa
lu. in quarto. diſt. xxviij. ꝙ votū ſubi-
tū non obligat ad ꝓmiſſū nec ad pec
catum ꝑfectum: nec ad bonū ꝑfectuꝫ
vt puer q̄ iratus patri vel magiſtro vo
uet vel iurat intrare religionem vel be
ne potatus. Talia eñ quia calore ira
cūdie fiūt: pro non facto haberi debēt
Sed verū eſt ꝙ ſic ſubito fit: quod nō ad
ſententiam rationis/ que non requi-
rit magnam moram tēporis ꝑuenit.
Sed quando ſciens eſt q̄d iurat vel vo
uet: tunc tenet̃: niſi cuꝫ eo diſpēſet̃ ra
tione minus plene deliberatiōis. Si-
cut etiam qui calore concupiſcētie in
flammatus aut bene potatus: non ta
men perfecte ebrius / iurat vxorē du-
cere. Unde illa deliberatio temporis
vel etatis /que ſufficeret ad obligan-
dum ſe diabolo per mortale peccatū:
ſufficit ad obligandū ſe deo ꝑ votum
⁊ ſicut ex ira occidens aliquē/quia ex
electione ſeu habitu non ꝓceſſit: ſed
ex paſſione iudiciū rationis turbante
nō excuſat̃ ex toto / quin ſit mortale:
ſed in p̄te: ſciuit eñ in parte q̄d face-
ret: ſic de voto in ꝓpoſito ſuo modo.
¶ Dubitatur quarto/an ſolū ꝓpoſi- M
tum aliquādo aliquē obliget? Rñdet
idem ibidem ꝙ ſic: in illo caſu quādo
quis intrat religionem cū ꝓpoſito re
manendi/et deo perpetuo famulandi
quod equipollet voto ſimplici: ſed nō ſo
lēni. extra de regu. ca. Cōſuluit. vbi di
cit̃ ꝙ ſaltem tenet̃ ad aliam religio-
nē intrare. Et ꝗꝗ non ſit ligatꝰ vi vo
ti: quia nō ꝓmiſit: ſed ſolū ꝓpoſuit: tñ
ligatur vi ſtatuti in religione aliqua
remanere. ¶ Dubitat̃ quinto / vtrum N
votū ſub cōditiōe emiſſum obliget vo
uentē? Rñ. ſm Ray. Cōditio duplex
eſt. generalis q̄ in voto ſemꝑ intelligi
debet: et illa nō exiſtēte nō ligat. Ex-
empli gratia. Si deus voluerit: ibo ro
mam ſi potero. Alia ſpecialis: puta ſi
intrauero lōbardiā ibo ad ſctm̄ mar-
cum. vel ſi filius meus fuerit liberatꝰ
de infirmitate: viſitabo ſanctū Jaco-
bū/⁊ ſi'lia. hec cōditio ſi defecerit/id ē
non extiterit: non obligatur ex voto:
al's ſic. xxxij. q. viij. non ſolū. extra de
ꝯditio. appo. vtrū. Et hoc intelligas
vbi tota voti obligatio ponebat̃ i euē
tum cōditionis Aliter ſi al's fuerit cō
cauſa/vel etiam ſi fecit votum ob cau
ſam ⁊ publice ⁊ non expreſſit cauſam
ſed votū. Tunc ꝓpter ꝯcauſam/ vel
cōſcientiam: vt alia littera habet/⁊ ꝓ
pter ſcandalū tollendū: tenet̃ imple-
re. extra de voto. magne glo. guill. di
cit. Concauſa eſt quādo nō tm̄ ex vna
cauſa obligauit ſe: ſed etiam ex alia.
Exempli gratia aliquis vouit ꝙ iret
ad ſanctum Jacobum/quia credebat

q ſibi inueniret fratrē ſuū nichilomi=
nus ꝓpter rediměda peccata ſua. In
hoc caſu ꝙuis intellexerit fratrē ſuū
deceſſiſſe āteꝙ iter arriperet: nichilo
minus tñ ire ꝓpter aliam cām tene=
bitur. Idem ītelligas quotiěſcūqꝫ vo
uet aliquis ex duabꝰ cauſis / vel plu=
ribus / vel ſub duabus cōditionibꝰ vl
pluribus: ꝛ nichilominus intendit ſe
obligare qualibet illarū cauſarū vel
O cōditōne extante. ❡ Dubitaẗ ſexto
an votum ſub cōditione factū q̄ condi
tio non impletur ꝓpter culpā vouen
tis ſit obligatoriū? Rñ. Richar. q ſic.
et probatur expreſſe p caſuz extra de
ſponſa. Sicut ex litteris. Unde cum
aliqs deo vouet aliquod ſpeciale ob=
ſequiū / ſi a peccato de quo temptatur
ꝑſeruauerit eū: ſi incidat in illud pec
catū nichilominus teneẗ implere vo
tum: quia q deus eum non preſerua
uit ab illo peccato ſtetit p eum / non p
deū qui illū a peccato illo preſeruaſ=
P ſet / ſi ille voluiſſet. ❡ Dubitaẗ. vij.
Eſto q aliquis horrens cōmittere ali
quod magnū ſcelus qđ nunꝙ intědit
cōmittere / voueat: q ſi cōmittat intra
bit aliquam religionē quā nō vult: ſꝫ
horret intrare / ꝛ poſtea illud ſcelꝰ cō
mittit: nūquid teneẗ intrare religio=
nem? Rñ. Richar. ſup. iiij. diſ. xxxviij.
q ſic: quia votum ſub conditione fa=
ctū de re bona ꝛ ꝓpter finē bonū: eſt
obligatoriū extante cōditiōe: ſiue illa
conditio ſit bona ſiue mala: vt alˀs te=
Q nui. ❡ Dubitatur. viij. an votū de nō
vouendo aliquid niſi illud qđ voueẗ
exprimatur verbo dicto vel ſcripto ſit
obligatoriū? Rñ. q ſic p aſtaxā. lib. i.
de voto: ita q ſi poſtea voueat et votū
ſuū verbo vl ſcripto nō exprimat: pec
cat. Nam tale votum eſt bonū: qꝛ per
voti expreſſionem in verbo vl ſcripto
habeẗ de voto facto certior cognitio:
et precaueẗ in vouendo ꝑcipitatio: qꝫ
vtrūqꝫ eſt bonū. Nichilominus tamē
videtur q teneat illud votū / ſi alˀs ſit
licitū: qꝛ cū vouere ſit bonū / et a ſpū ſā
ps.75. cto cōſultum. p illud Pſ. Uouete et
reddite dño deo veſtro. ideo votuz de

non vouendo / nō obligat. Unde votū
de quo propoſita eſt queſtio non obli
gat ad non vouědū: ſed obligat ad ex
primendum per verbū vel ſcriptum ſi
contingeret emittere votum. ❡ Du= R
bitatur. ix. Utrū votum factū ſub con
ditione inhoneſta ſit obligatoriū ſtan
te cōditione. verbi gratia. Aliquis vo
uit ſe peregrinaturū ad ſanctum Ja=
cobum / vt ꝓſpereẗ in furto / homici=
dio / vel adulterio. Queritur poſtꝙ cō
miſit furtū / adulteriū vel homicidiū /
vel ſimile / vtrū teneatur ꝑegrinari ad
ſanctū Jacobum? Rñ. aſtax. in ſūma
vbi prius q non. Sed duran. quotli.
iiij. queſt. penulẗ. diſtinguit. hoc inde
generaliter eſt verū: q cōditio q̄ eſt cō
tra naturā ꝯtractus / tollit cōtractum
et facit ipm eē nullū: qꝛ ĩcludit oppo
ſitionem ad cōtractū. Cōditio autem
inhoneſta q̄ eſt cōtra naturā cōtractꝰ
ꝓmiſſionis / vel obligatiōis / poteſt eē
inhoneſta duplr. Quādoqꝫ eſt inhone
ſta et illicita nō ſolū ſm ſe: ſꝫ etiā ĩ ha
bitudīe ad illud qđ promittitur. Uer
bi gr̃a. ſi aliquis dicit ſic: ꝓmitto deo
q ſi poſſum ꝑpetrare homicidiū: ego
in gratiarūactionē dici faciā miſſam
ſollěnem. Quādoqꝫ vero eſt inhoneſta in
ſe: ſed non in habitudine ad promiſſū
Uerbi gr̃a. Si quis dicat ſic: ꝓmitto
q ſi contingat me peccare / ieiunabo:
vt dimittaẗ michi pctm̄ cōmiſſuz. Si
primo modo eſt ĩhoneſta: votū nō eſt
obligatoriū: quia eſt cōtra naturā ꝓ=
miſſiōis vel contractus: ꝛ p ꝯñs tollit
obligationem. Et tale votū nō pōt im
pleri ſine detrimento ſalutis: qꝛ illud
qđ ꝓmiſſum eſt: reddiẗ illicitū ex cir=
cūſtantia informante in vouědo ꝛ ſol
uendo: quia ſi qs ſoluat vt obligatus
ex cōditione / ꝛ cōditio non informat /
ſic illico oportet vt ſoluat ex motiuo
illicito: vt pꝫ in titulo qđ eſt pctm̄. Si
ſcđo mō videlꝫ q conditio inhoneſta
nō ſit cōtra naturam cōtractus: tūc ex
tante cōditione votū eſt obligatoriuz.
Richar. tenet etiā ĩ ſcđo měbro q nō
licet alicui vouere ſe ieiunaturū: ſi occi
dat inimicū ſuū. ❡ Dubitaẗ. x. Utrū S

ſi quis votum fecit de carnibus non
cõedẽdis/ꝛ infirmet/ita ꝙ a medicis
dicitur ꝙ eſt in periculo niſi carnibus
veſcatur/ꝛ ꝙ aliter non poteſt euade-
re infirmitatẽ? Rñ. Hugo. xxxij. q. §. fi
na. Non ſolum talis de precepto ma
ioris/ſꝫ etiã ſine precepto poteſt car-
nes comedere: quia eſt cauſa neceſſi-
tatis: ꝛ in hmõi voto ꝯditio tacita fuiſ
ſe videt: niſi neceſſitas cogeret/ꝛ pce
ptum maioris adeſſet. ¶ Dubitat
C vndecimo a quibus teneatur abſtine
re qui vouit/vl cui iniũctum eſt ieiuna
re in pane ꝛ aqua? Rñ. Pe. de palu. i
iiij. diſt. iij. Ab oĩbus iſtis tenet abſti
nere/videlꝫ a brodio expreſſo de car-
nibus vel piſcibus qñ ſunt nimis cõ-
dẽſata: vel tipſana/vel burreta ex ſub
ſtantia piſcoꝝ extracta: quia hec nõ vi
dent vere aque. ¶ Dubitatur duo-
D decimo An ſacerdos q̃ tenet ex voto
vel obedientia vel penitentia ieiuna-
re vno die in pane ꝛ aqua: an eodem
die celebrans debeat ſumere vini ꝓfu
ſionem poſt ſumptionem de calice ip
ſius eukariſtie? Rñ. Pe. de pa. i. iiij.
diſt. xij. ꝙ debet ſumere vini ꝓfuſionẽ
quãdo nõ eſt aliam miſſam celebratu
rus ipõ die. vt dicit de cõſecra. eadem
ꝑte: qꝛ nec votum/nec penitentia/nec
obedientia debet immutare ritũ eccle
ſie/ꝛ ordinatiões ꝯcilioꝝ. Plura alia
dubia vide in ſummis. ¶ Quo ad
E tertium notandũ ſm Tho. ꝛ oẽs: ꝙ i
voto põt fieri irritatio/diſpenſatio/ et
cõmutatio. Ratio: quia votum nõ eſt
vinculum iniquitatis/nec impediti-
uũ melioris boni: quia pro charitate
inſtitutũ eſt: ſed ſepe cõtingit ꝙ quis
malũ vouit/et tunc eſt irritum. Aliqñ
q̃s vouit minus bonũ/ꝛ tunc eſt i me
lius cõmutandũ. Sunt autẽ tres di-
ſpẽſatores votoꝝ. papa ꝛ ſuus vicari⁹
epũs ꝛ ſuus penitentiarius: ꝓlatus re
ligiõis/ꝛ cui cõmittit. Papa ſol⁹ po-
teſt diſpenſare in voto religionis: ſi ẽ
diſpenſabile: in voto cõtinentie: in vo
to crucis vel terre ſancte: ꝛ ſibi retinet
votũ ad limina petri ꝛ pauli/ꝛ ad ſan
ctum iacobuꝫ: epũs autem in aliis. Et
nota ꝙ nũꝗ̃ ſine alicuius ꝓlatorũ au-
ctoritate quis debet votum ifringe-
re: niſi neceſſitas vrgeat et ſuperior ha-
beri non poſſit. Ratio eſt: qꝛ null⁹ de-
bet eſſe iudex in propria cauſa.

¶ Tertium preceptum tractat quo-
mõ feſta ſunt celebranda: quare inſti
tuta ſũt: et de tranſgreſſorib⁹. Cap. i.

PReceptum tertiũ ſic
ponit Exodi. xx. Me A
mento vt diem ſabba
ti ſãctifices. Sex die
bus opaberis: ꝛ faci
es oĩa opa tua. Se-
ptimo autem die ſab
batũ dñi dei tui eſt. Non facies in eo
omne opus. Ubi tria tangunt de qui
bus ꝓncipaliter agẽdũ eſt. Primo ꝓ
hibent opa quedã: per q̃ feſtum fran
gi poteſt: ibi. Non facies in eo oẽ op⁹
Scd̃o iubemur ſanctificare feſtum:
ibi. Memento vt diẽ ſabbati ſanctifi-
ces. Tertio mandatur vt laboremus
certis diebus/ꝛ certis feſtiuemus: ibi
Sex diebus opaberis: ſeptimo auteꝫ
die ſabbatũ dñi eſt. ¶ Pro quoꝝ de B
claratione notãdũ ꝓmo ꝙ in veteri te
ſtamento duplicia feſta fuerũt: videlꝫ
ſabbatũ qd̃ inſtitutum fuit originali-
ter triplici de cauſa. Primo i gratia-
rũactionẽ: ꝛ ad deo vacandũ. Unñ exo.
xx. Sex diebus fecit deus celũ et ter-
rã: ꝛ ſeptimo die requieuit/id eſt ceſ-
ſauit a nouis creaturis ꝯdendis. Unñ
ſm Tho. ſecunda ſcd̃e. q. cxxij. Sab-
bati preceptum erat morale ꝑtim/et
partim cerimoniale. Morale: qꝛ lex
nature dictat deo omniũ rerũ princi-
pio aliquo tempore vacandũ potius
ꝗ̃ creature. Cerimoniale autem fuit
quo ad diem ſeptimũ: ideo fuit figu-
ra requiei chriſti in ſepulchro/que fu
tura erat in ſabbato: vt dicit auguſti.
lib. iiij. ſuꝑ Gen̄. ad litteram. Scd̃o in
auaricie reſtrictionem. Niſi enĩ deus
diem ſabbati feriandũ mãdaſſet: aua
ricia pro acquirendis tẽporalibus ni
mium creuiſſet. Tertio vt laborãtes
famuli/et ſerui licite in corpore ꝛ aĩa

recrearentur:quos ĩmiſericordes ni=
mis alias grauaſſent. Utrūq; tangi=
tur Exo.xx.vbi inter preceptum illō
dr: Nō facies in eo omne opus tuū.
Ecce reſtrictio auaricie in dñis. Et fi=
lius tuus ⁊ filia tua/⁊ ſeruus tuus et
ancilla tua:iumētum tuū ⁊ aduena q̄
eſt ĩtra portas tuas:ecce tertiū. Alia
habuerūt in veteri teſtamento feſta p̄
ter ſabbatum/ ob ſpecialia beneficia
eis collata: ſicut ꝓ liberatione ꝑ Ju=
dith facta. Item per heſter ⁊ ſimilia.
Sic et in nouo teſtamēto duplicia ha
bet eccl'ia feſta. Primo diē dñicū lo=
co ſabbati. Secundo feſta xp̄i ⁊ ſctōꝝ
in memoriam ſpecialiū beneficioꝝ ec
C clesie preſtitoꝝ. ¶ Fuit autem ſab=
batū in diem dñicum q̄ntuplici de cā
rōnabiliter tranſlatum. Primo vt ceſ
ſante figura ſabbato paſche quando
chriſtus requieuit in ſepulchro: ceſſa
ret et ſabbatū/preſente veritate: ⁊ im
mediate transferret in diem ſequētē.
Oīs eñi decurſus tēpis a creatiōe
vel lapſu hoīs vſq; ad dominice reſur
rectionis diem:quedam nox fuit. Se
cundo ob memoriā creationis totius
mundi. Hac enim die ad lrām deus
in principio fecit celum ⁊ terram ⁊ lu
cem. Tertio in memoriaȝ beneficij re
creatiōis: qua per paſſionē ad glorio
ſam xp̄s ꝑuenit reſurrectionē. Ep̄c eī
dñico die ſolū cōſecrari debet. vt ha=
bet.lxxv.diſt.ca.ordinationes ep̄oꝝ.
Et maiora que xp̄s fecit:quodāmō il
la die fecit/mūdū creare inchoauit/⁊
lucem:de qua poſtea ſol fact⁹ eſt. Uñ
et ꝓprie dr dies ſolis:xp̄s reſurrexit
ſpiritū ſanctuȝ miſit:⁊ natus eſt ĩ mū
dum:et vt innocentius dicit q̄libȝ do
minica dies eſt imago dñice reſurre=
ctionis. Ob quas etiam cauſas/ ma=
ior dei influxus in eccl'ia expectari po
teſt:q̄ alio die ſimplici. ſicut ⁊ de loco
cōſecrato credit:q̄ in eo citius homo
exaudit orādo:ceteris ꝑibus. Quar
to ne iudaiſare videamur cōmune fe
ſtū cū iudeis tenendo : ideo etiam fe=
riare ſabbato die:ſuſpectū eſſet de iu
daiſmo. Quinto in figurā et mēoriā
futurę reſurrectionis noſtre in corpo
re et anima. ¶ Secūdo notandū q̄ D
q̄uis nō liceat feriare ſabbato / niſi q̄s
vellet iudaiſare/ſicut ⁊ antixp̄s ordi=
nabit. vt dicit Grego. de conſecra.di.
iij. ꝑuenit.tamē ſabbatum beatiſſime
virgini in ſpecialē honorē eſt ꝑ cleruȝ
deputatum triplici de cā. Primo q̄r ĩ
ſola dei m̄re lumen fidei ſabbato obū
bratū ꝑmanſit:ap̄lis et alijs de chri=
ſto titubantibus. Secūdo quia ſicut
a ieiunio ferie ſexte fit tranſitus ꝑ ſab
batū ad ſollēnitatē diei dñice: ſic etiā
a miſeria p̄ntis vite fit trāſitus ꝑ bea
tam virginem ad ſtatū glorie. Tertio
q̄r ſabbato ſepe legitur beata v̄go ma
ria peccatorib⁹ miracula ⁊ bñficia p̄=
ſtitiſſe. Unde legimus in hiſtorijs q̄
olim in grecia a nona diei ſexte ferie
velū intra q̄d imago virginis erat dī
uina virtute ſe aperiebat: et ſic ꝑman
ſit vſq; ad nonam ſabbati/ q̄n iterū dī
uinitus ſe retraxit. Cui⁹ exemplo la=
tini ſabbatū etiam in laudem virgīs
cōſecrauerunt. ¶ Tertio notanduȝ E
q̄ triplicia ſunt feſta eccl'ie: q̄dam ſūt
et dicunt̄ p̄cipua et maiora feſta eccle
ſie:et ſunt dies dñicales xp̄i:feſta bea
te v̄ginis:⁊ ap̄loꝝ. Alia ſunt feſta ec
cleſie ſatis cōmunia ꝑ orbem:alia ſūt
que epiſcopi ſpecialiter in ſuis dioce=
ſibus inſtituerūt. ¶ Quarto notan F
dum q̄ ꝓpter q̄nq; multū peccant q̄
hoc preceptum trāſgrediuntur. Pri=
mo:q̄r in veteri teſtamento pena mor
tis plexum eſt. Unde numeri.xv.dici
tur de quodam qui colligebat ligna ĩ
ſabbato:quem moyſes ⁊ aaron reclu
ſerunt in carcere : et querentes quid
ei facere deberent? Reſpondit deus.
morte moriatur homo iſte: obruat eū
lapidibus oīs turba extra caſtra. Mī
ſtice autem ligna die prohibito colli=
git:q̄ materiam ignis infernalis col=
ligit:talis lapidibus /id eſt duris ob=
iurgationibus proijciendus eſt/quan
do in feſtis tranſgredi non dimittit.
Scđo in nouo teſtamento etiam gra=
uiter punitum eſt. Refert eñi Grego.
i.dial.q̄ q̄daȝ nupta marito ĩ vigilia

dedicatiōis ſancti ſebaſtiani: victa cō
cupiſcentia/a viro ſuo ſe nō abſtinuit:
in craſtino aūt cum remorſu conſcien
tie verecundia victa:a proceſſiōe ſe nō
ſubtraxit. Unde in eadē a demone pu
blice vexari cepit. quā cum ſacerdos
palla altaris iuuare vellet: cum etiam
demon inuaſit/⁊ confudit. Hanc igit̄
amici per incantatores iuuare ꝓcura
uerunt: ſed in ipſis cōiurationibus le
gio demonum in eam intrauit/ et tot
vocibus clamare cepit: quot demoni=
bus arrepta erat. Quā tamen demū
ſanctus epiſcopus fortunatus ꝑ plu=
res dies ⁊ noctes orando liberauit.
Tertio q2 magne ĩgratitudinis viciū
quis incurrit cū ſex dies ſibi cum ma
gno conatu expendit: ⁊ vnum diē non
in dei honorē et propriam anime ſalu
tem conſummat. ⁊ cum tot dei bñficia
meditari negligit. Quarto quia quo=
dāmodo in tres ꝑſonas diuinas pec=
cat. In patrem/cuius potētia mundū
creauit. in filium/cuius ſapiētiā mun
dum redemit. in ſpiritū ſanctū/ q̄ tali
die in mundū venit. ⁊ in chriſti huma=
nitatem que nata tali die viſibilit̄ pri
mo apparuit. Quinto quia multum
irreuerēter peccant. Feſtis eñ peccā=
tes: faciūt ſicut ille qui loco ſacro pec
caret. quod vtiq̄ turpius eſt q̄ in non
ſacro peccare. Tēpus autem a deo ſa
cratum eſt. Item dedicationem xp̄i in
dedicationē demonis vertunt. Itē ꝑ
totā ebdomadā propter labores mun
di ſunt in aīa/⁊ dñico die turpes ſunt
in anima: licet mundi in veſtimentis.
5 ¶ Quĩto notandum ꝙ in genere. xii.
ſunt per q̄ feſta violari poſſunt. Prīo
peccando mortaliter quocūq̄ genere
peccati ſm tho. vbi prius. ⁊ alexan. de
hal. in ſuo. iii. diſt. xviii. Leuit. eñ di=
citur. xxiii. Omne opus ſeruile non fa
cies in eo/ſcʒ ſabbato. ſeruit autē ho
mo pctō. Uñ ioh. viii. Qui facit pctm̄
ſeruus eſt peccati. vñ glo. Ambro. luc
xiii. dicit. Lex in ſabbato ſeruilia ope=
ra facere/id eſt peccatis aggrauari ꝓ
hibet. Ratio eſt. quia peccata morta=
lia contrariātur obſeruantie feſtorū/

inquantū impediunt applicationem
hōis ad deū quod eſt finis feſti. Et q2
vt dicit tho. magis impeditur homo
a rebus diuinis per opus peccati q̄ ꝑ
opus licitum: q̄uis ſit corporale. ideo
magis contra hoc preceptū agit q̄ pec
cat ĩ die feſto peccato mortali: q̄ qui
opus corporale alīs licitū facit. nō ta=
men per veniale peccatū fit violatio il
lius precepti. vñ Aug. li. de decē cor=
dis dicit. melius/id eſt min⁹ male fa=
ceret quis in agro ſuo aliquid vtile q̄
in theatro ſeditioſus exiſteret. et me=
lius facerent femine lanam earum in
die ſabbati: q̄ tota die ĩ neomenijs ſu
is ĩpudice ſaltarent. ¶ Et dicit alexā. b
de hal. vbi ſupra. Q. qui peccatū mor
tale in die feſto ꝯmittit: dupliciter pec
cat mortaliter/⁊ incurrit reatum duo
rum peccatoꝝ mortalium eo ꝙ (exem
pli gratia) fornicator agit contra duo
precepta/ſcʒ non mechaberis. ⁊ ſab=
bata ſanctifices. ⁊ ſic de periurio/⁊ ho
micidio. ⁊c̄. Unde ſequi videtur: ꝙ ſic
peccans fornicando ſufficiēter ſi vult
confiteri oportet ꝙ dicat in confeſſio=
ne: fornicatus ſum/⁊ in die feſto feci.
Sicut in ſimili furatus in loco ſacro:
tenetur etiam circunſtantiam loci ex=
primere. quia tales circunſtantie ag=
grauant ĩ infinitum. ¶ Secūdo ĩfrin 3
gi poteſt ſabbatum faciēdo opus ſer=
uile. quia Leuit. xxiii. dicitur. Omne
opus ſeruile non facietis in eo: ſcʒ ſab
bato. ¶ Pro cuius intellectu notan=
dum ſm Tho. ii. ſcđe. q. cxxii. ꝙ pret̄
ſeruitutem peccati: adhuc quĩtuplex
eſt ſeruitus. Una que fit peccādo mor
taliter. de qua dictuʒ eſt. Alia eſt q̄ fit
per opus latrie. quod videlʒ pertinet
ad dei cultum. Et per tale ſeruile op⁹
quis meretur in feſto: nec prohibetur
hic. quia plus quis ad quietem ſabba
ti diſponitur. Unde etiā in veteri teſta
mento licuit ſabbato circuncidere/ho
ſtias mactare ⁊ offerre/archam circū
ferre hierico/⁊ ſimilia. Et hodie licet
docere verbo/⁊ ſcripto. vñ Iohan. vii.
Circunciſionem accipit homo in ſab=
bato/vt non ſoluatur lex moiſi. ⁊ mat.

xij. Sacerdotes in ſabbato ſabbatum
violant/id eſt corporaliter operantur
in ſabbato. & Nume.xxiiij. dič gloſa.
fabri/et hmōi artifices ociantur ī die
ſabbati:lector autem diuine legis/vꝉ
doctor ab opere ſuo non deſinit nec ta
men contaminatur ſabbatū. ſicut nec
ſacerdotes in templo violāt/& ſine cri
mine ſunt. Alia eſt ſeruitus qua ho-
mo ſeruit alteri/vꝉ ſibiipſi:& talia ope
ra ſeruilia ſunt duplicia. Quedā ſunt
ſpiritualia:vt mentis exercitatio.& ta
lia hic non dicuntur ſeruilia.quia con
ueniunt homini ſm mentem ſm quā
eſt homo ſeruus dei/et non hominis.
vnus enī homo non eſt ſeruus/et pro
prius alterius ſm mentem:ſed ſʒ cor
pus. A talibus ſeruilibus non opor-
tet abſtinere ī feſto:quo ad illa q̄ ſunt
de ſe licita/honeſta & recta. Ex quo pꝫ
ꝙ quis non tenetur in die feſto abſti-
nere ab ipſis operibus ſpiritualibus:
que etiam ab ipſo operante ordinanť
ad temporale lucrum aut ad aliud hu
iuſmodi tale bonū. vt ſi aduocatus in
die feſto ſtudet in his que die craſtina
vult proponere propter temporale lu
crum. & ruſticus cogitet de aratiōe ter
re ſue quam craſtina die arare vult. ta
lia enī ſm predictam ſententiam ſan
cti thome nō ſunt ſeruilia ſaltem ma-
terialiter/cum ſint ſpiritualia/& inte-
riora. De iſtis dicit Ricar. in.iij. diſt.
xxxvij. ꝙ homo pro executione hmōi
actuum interiorum & exercitio:nō in-
currit peccatum mortale. niſi propter
eorum exercitium excludatur illa va-
catio quam tunc debet cultui diuino
K ex neceſſitate. ¶ Alia ſunt opera ho
minis corporalia:et ſunt duplicia. q̄-
dam ſeruis propria. vtpote ad q̄ qui-
libet non tenetur:ſed ad que tenētur
ſerui dominis. vt ſunt arare:cibos co
quere/metere/et actus mechanici: et
huiuſmodi. Non enī tenetur quilibet
ſibi aut alteri ad talia extra neceſſita-
tem:ſed ſerui tenentur ad talia domi-
nis ſuis:quorum ſunt proprij:& omīa
talia prohibebantur in veteri lege per
hoc mandatum. eo ꝙ contrariabātur
obſeruantie ſabbati. qꝛ prohibent ap
plicationem hoīs ad diuina. nunc ve-
ro in noua lege nō eſt tam ſtricta pro
hibitio in die dñico:ſicut fuit ī die ſab
bati. Quedam enī opera concedūtur
nunc in die dñico que in ſabbato ꝓhi
bebantur. ſicut ciborum decoctio/et
alia hmōi. que licet neceſſaria fuerint
poterant tamen preueniri. Et etiaʒ in
quibuſdā operibus ꝓhibitis facilius
diſpenſatur in noua lege propter ne-
ceſſitatem q̄ꝫ in veteri lege. & ratio eſt
qꝛ obſeruatio ſabbati fuit figuralis.
Figura autē pertinet ad proteſtatio-
nem veritatis:quam veritatem nec in
modico preterire oportet. et ideo fuit
ſabbatum tam ſtricte obſeruandū: vt
figura correſponderet ipſi rei. Obſer-
uatio vero dñice non eſt figuralis:cuʒ
non ſignificet futurū. ſed eſt cōmemo
ratio preterite reſurrectionis chriſti:
& repreſentatio preſentis quietis aīa
marum quam nūc habent per chriſti
mortem. Alia ratio eſt. quia olim ſm
tho. in veteri lege obſeruantia ſabba-
ti fuit moralis et cerimonialis ſeu fi-
guralis. Et obſeruantia talis ſabbati
mutata eſt in dominicum diem ordi-
natiōe eccleſie. ideo hodie obligamur
ad obſeruantiam dñice nō ex hoc ter-
tio precepto:ſed tantum eccleſie man
dato. Alia vero ſunt opera hominis
corporalia cōmunia ſeruis et liberis.
ad que quilibet homo applicatur cor
poraliter:que de ſui natura aut inten
tione agentis ordinantur ad lucrum
temporale. aut ad aliquod bonū cor-
porale tanq̄ꝫ ad finem proprium & im
mediatū. vt ſunt omnes actus mecha
nici/cultura agrorum vinearum et ſi-
milia/mercatura/ placitatio : iudicia
cōtentioſa/& ſimilia. Iſta eccleſia de-
terminauit eſſe ſeruilia:& ſtatuit ea in
diebus dñicis/& in aliis feſtiuitatibꝰ
ab vniuerſali eccleſia īſtitutis nō eſſe
exercenda:niſi vrgeat neceſſitas: aut
ſuadeat pietas. vt pꝫ de cōſe. diſtī. iij.
Rogatiōes. & .xv.q.iiij. & ex. de feriis.
ca.oēs. ¶ Tertio īfringiť feſtum per L
hoc ꝙ aliqui nō legitime ꝑpediti: ne-

gligunt audire miſſam. quilꝫ eñ chriſtianus ex precepto primo tenetur ad deū actualiter diligēdū. Et videt ſco. in.iij.diſt.xxvij. ꝙ hoc fit diebus feſtiuis: ita ꝙ omī die feſtiuo/ ꝛ potiſſime diebus dñicis/ ꝛ pncipalib⁹ feſtis: teneatur ſe hō recolligere/ ꝛ deū ſup omnia actualiť diligere. ꝛ hoc forte determinat diuinū mādatū illō. Sabbata ſctīfices: vt vnuſquiſq; maneat apō ſe recolligēdo ſe ꝛ aſcēdēdo in deū ſuū. ꝛ hoc ſpecificat eccl'ia quātū ad miſſā audiēdā die dñico. ō ɔſe. di.i. Miſſas.

D ¶ Quarto īfringitur feſtū per eos ꝗ nimis tarde in vigilia feſti laborant opera ꝓhibita. ꝛ qui ī die feſto nimis cito laborāt/ nō.ſ. termiato feſto. Qñ autē quis teneatur feſtum inchoare/ vel terminare? Rñ. ray. ꝙ regulariter a veſpera in veſperā. ex.e. omnes. Feſtorū tñ initium/ ꝛ finis iuxta eoꝝ qualitatē/ ꝛ iuxta diuerſarū regionū conſuetudines cōſiderari debēt. Et ſicut magnitudo dierū exigit celebrari ſic prius incipere/ ꝛ tardius debere terminari vera ratiōe videtur ex.e. qm. Quinto offendūt pdicationē in feſto nō audiētes/ vel irridētes eos qui audiunt/ vel alios de ſermone retrahentes/ ꝛ in ſermone dormiētes. Magna eñ eſt negligētia cibum corporis per ſex dies querere: ꝛ aīe cibum per vnā horam faſtidire. nullus eñ poteſt precepta intelligere/ niſi diſcat. Predicator aūt eſt doctor dei preceptoꝝ. Sexto offendunt ſuperbi veſtitu ſupfluo/ pōpoſo/ haſtiludijs/ ꝛ ſimilib⁹. Septimo vēdentes auare ꝛ ementes/ mercatores/ ꝛ inſtitores. Octauo luxurioſi cultu veſtiū/ ſertis/ tactibus/ cantibus ꝛ verbis potiſſime coreis inſiſtendo: vt compleāt luxurioſam voluptatem. Nono guloſi potationib⁹/ vel comeſſationibus ſe ingurgitātes/ ꝛ fercula nimis lauta procurātes. Decimo iracundi/ litigioſi/ ꝛ luſores. Undecimo iudicijs preſidētes ſine cauſa/ vel pietate. Duodecimo accidioſi: ꝗ diuinuꝫ cultū ad quē tenētur: puta ſermones/ miſſam/ ꝛ ſimilia faſtidiūt/ ꝛ triſte audiūt. et ſic pꝫ de ꝓhibitꝭ ī.iij. mādato:

¶ Ca.ij. qualiter feſta ſanctificantur.

Secundo videndū erit de iſto quod mandat affirmatiue videlicet Memēto vt diē ſabbati ſanctifices. Nō eñ ſufficit a ſenſibilibus abſtinē: ſꝫ oportet cultui diuino ſe applicare. A Ubi notandū ꝙ feſtiuitas ſctificatur nouem modis. Primo in audiēdo miſſam/ ꝛ diuina officia deuote. Qui eñ vt Ricar. dīc omittūt audire miſſam peccāt grauiter: niſi ſint ex aliqua rationabili cauſa legitime excuſati. Unō dī de cōſe. di.i. Miſſas die dñico/ ſecularibus: ꝛ a fortiori clericis dicit archidiaconus: totas audire ſpeciali ordine ꝑcipimus. ita vt ante benedictionē ſacerdotis egredi populus nō ꝑſumat: quod ſi fecerint ab epiſcopo publice confundātur/ id eſt grauiter corripiātur vſq; ad ruborē/ vel excōmunicent. Apparatus ibi dīc hoc ſup miſſas ꝑceptum eſſe. Unde qui diebus dñicis miſſas non audiūt: cōtra hoc pceptuꝫ faciunt. q2 deū non ſuper oīa diligūt in feſtiuitatibus dñicis ꝛ ſimilib⁹: niſi excuſent. vt ſupra dictum eſt pcepto primo. c.v. S. Et debent ibi deum ſup oīa diligere. Scdo ſanctificatur feſtū per audientiā/ ꝛ lectionē/ ꝛ collationē verbi diuini in ſermone. Tertio audiēdo vel ab audientibus querēdo quis excōmunicetur/ que feſta/ ꝛ ꝗ ieiunia ſint neceſſario per ebdomadā celebrāda ꝛ tenēda. Quarto cōſcientiā emūdando. Rimari eñ tunc attentius deberet chriſtianus qualiter deū offenderit per ebdomadā ꝛ cōteri. ſatiſfactionē pro peccatꝭ exequi/ et facere bona ſimilia. Unde greg. in regiſtro. Dominico die a labore terreno ceſſandū eſt: atq; oīno orationibus inſiſtendum. vt ſi quid negligentie per ſex dies agitur: die reſurrectionis dñice expietur.

¶ Quinto attente debet homo meditari diuina beneficia ſibi ſingulariter B et alijs communiter miſericordiſſime

collata.que ſunt tam īnumerabiliter
multa/ꝛ tam ineſtimabiliter magna:
vt ingentē flammā caritatis accende
re habeant in corde meditantis/et ſic
gratias agere debet pro talibus/ꝛ ꝑ
virtutibus ſi quas fecit. Meditetur
gaudia patrie.penas īferni.ꝛ miſeri=
as mūdi:vt ſic ſuſpiret ad eterna.Exē
plo illius qui legit per totū tēpus vite
ſue in tribus libris. quoꝝ prim⁹ erat
rubeus:in quo legit caritatē/ꝛ paſſio
nem chriſti/ꝛ ſanctoꝝ.Secūdus erat
niger:in quo legit penas inferni.Ter
tius aureus:in quo legit gaudia celi.
ꝛc. Sexto debemus orare deū/beatā
virginē/ꝛ ſanctos/ab eis velut paupe
res ſuffragia mendicando cōtra vul=
nera anime/ꝛ contra hoſtem corporꝭ
ꝛ anime.Septimo pro īdulgentijs de
bemus ambulare/ſi deuotioni ꝯgruit
vel ꝗete in vno loco pro caritatis aug
mēto perſeuerare.Octauo opera mi=
ſericordie corporalia īplere in lepro=
ſarijs/in hoſpitalib⁹:apud etiā alios
pauperes non minus ꝙ xp̄m viſitan=
Mat.25 do:qui ait.Qđ vni ex minimis meis
feciſtis:michi feciſtis.Nono opa mi=
ſericordie ſpiritualia cōplere. īformā
do de auditis vel lectis in ſcriptura/ī
moribus/ancillas/famulos/incolas
domus/maritū/ꝛ pueros ꝗ talia igno
rant.qꝛ in defectu taliū: magna ceci=
C tas in eccleſia cauſatur. ¶ Secundo
notandū ꝙ ſeruile opus factū in fe=
ſto:excuſare poſſunt tria. Aliqñ a to=
to.aliquādo a tanto.Primo neceſſi=
tas.ſecūdo pietas.ꝛ tertio operis par
uitas.Primo excuſat neceſſitas. qꝛ
legē nō habet:ꝛ fit multipliciť.Pri=
mo excuſat qñ īminet periculū vite ꝑ
incurſum hoſtium : tūc licitum eſt pu
gnare pro ſua:aut cōmunitatis neceſ
ſaria defenſiōe.ſicut fecit Machabe⁹
primo machab.ij.Sic in bello iuſto li
cet facere foſſata et muros reparare.
Secundo ſi hō eſſet in tali neceſſitate
cōſtitutus:ꝙ ꝓpter defectum neceſſa
rioꝝ corporis eſſet in periculo amiſ=
ſionis vite/nec poſſet aliunde ſuo de=
fectui ſuccurrere:tali eſſet licitū quod

cunqꝫ opus ſeruile exercere pro vita
propria conſeruāda/aut alterius:ideo
Math.xij.chriſtus excuſabat diſcipu
los:qui ꝓpter neceſſitatē cōfricabāt
ſpicas manibus in ſabbato. ¶ Ter= D
tio ſi immineret homini neceſſitas
egritudinis corporalis:poteſt in feſto
operari licite opus corporale ꝑtinēs
ad ſalutē corporis ꝓprij/vel alieni ꝑ
curandā:ideo medici poſſunt medica
re/ꝛ īfirmi medicantē recipere. Unde
chriſtus ioh.vij.arguēdo iudeos dic.
Michi indignamini ꝙ totū hominē
ſaluū feci in ſabbato. Sicut eñ bibi=
mus et comedim⁹ in feſto propter ſa
lutem:ſic ꝛ medicamē apponi poteſt.
Unde greg.ad ciues romanos.et po=
nitur de cōſe.di.iij.Peruenit.Ad me
perlatum eſt a peruerſis homibus vo
bis predicatū eſſe:vt die dñico nullus
debeat lauari.Et ſiquidē pro luxuria
ꝛ pro voluptate quis lauari appetit:
hoc fieri nec reliquo quolibet die con
cedimus.ſi aūt pro neceſſitate corpo=
ris:hoc nec die dñico prohibemus.et
Archi.dicit ſup.pro neceſſitate. ergo
nō licet lauari in feſtiuis diebus: niſi
neceſſitatis cauſa. Eadē ratione nec
minuere ſanguinē:nec barbā radere:
nec vngulas ſcidere/pānos aūt ꝛ cal=
ciamēta induimus his diebus ea ne=
ceſſitate qua ꝛ comedimus. Hec ille.
¶ Quarto ſi īmineat neceſſitas vitā= E
di rei exterioris dānum. vt ſi iacētib⁹
ſegetibus in agro:aut feno in pratis/
et immineat tēpeſtas que talia corrū
pat/aut multum deterioret. aut forte
abducat a ſole ſeparata:non ſunt ꝓhi
bendi domini rerum tollere in feſtis/
et indemnitati ſue precauere.vel ad=
huc ſtantibus vuis in vitibus/et ſup=
ueniat frigus deſtruens.aut ſi eſt ve=
riſimilis timor de īcurſu hoſtiū ꝗ alio
die huiuſmodi res deſtruerent/vel au
ferrent.aut etiam homines circa col=
lectionem talium rerū caperent/vel
occiderēt:tunc licet operari.dič hoſti.
ne in modico momēto pereat cōmodi
tas celeſti ꝓuiſiōe cōceſſa.Patēt illa
ꝑ chriſtum Mat.xij.dicentem.Quis

ex vobis homo qui habuerit ouem/⁊
ceciderit ſabbato in foueā nōne tene=
bit/et leuabit eam? Jn iſti eīn caſu li=
citum eſt ex indulto eccl'ie diicis/⁊ fe
ſtiuis diebus p̄terq̄ in ſūmis/⁊ maio
ribus feſtiuitatib⁹ aleca piſcari/cer=
uiſia inuaſari ⁊c̄.extra de ferijs. cap̄.
5 Licet. ¶ Quinto excuſanẗ ſerui/et
ruſtici:q̄ iuſto metu cōpellūtur a do=
minis ad laborandū feſtis dieb⁹. Nā
ſi ſine cōpulſione ꝓ labore impetunẗ
nō debent dn̄is obedire:q2 non eſt li=
citum/nec honeſtū:dn̄i tn̄ grauit' pec
cant. Similiter qui adducūt in feſtis
cenſus dn̄is/ſine cōpulſiōe/ vel neceſ
ſitate aliqua pretacta ſupius ad finē
iſtum videl3 vt alijs diebus ꝓprijs et
cōſuetis laborib⁹ vacent: nō omnino
excuſanẗ:niſi arta neceſſitas compel
lat. Sil'r regulares/⁊ ſacerdotes qui
dn̄icis diebus abſq3 neceſſitate qua=
drigant/aut hmōi alia faciūt:q2 alioſ
corrūpunt exemplo/et ſiſ'ia alijs faci
endi occaſionem dant. Sil'r excuſanẗ
vectores mercium ad nūdinas remo
tas vel ad loca remota:aut aliarū re=
rum ſi ſine graui incōmodo nō poſſūt
diebus feſtiuis vacare ab eūdo aut q̄
drigando. Jdem videẗ de curſoribus
qui ex cauſa rationabili ⁊ neceſſitate
diebus feſtiuis ad loca remota ambu
lāt et ſine ḡui īcōmodo ſuo aut alioꝝ
6 vacare ſi poſſent. ¶ Sexto excuſari
pñt ꝯductores ⁊vectores pegrinoꝝ: ⁊
ſufferratoreſ eq̄ꝝ q̄ t'lia faciūt ī feſtj:ſi
hec p̄ncipaliter faciūt ꝓpẗ neceſſitatē
eoꝝ pro q̄bus faciūt talia:et tunc etiā
licite recipiūt ſalariū ꝓ laborib⁹ ſuis
Si vero faciunt talia in feſto p̄ncipa=
liter propter queſtum aut propter im
probam cupiditatem lucrandi:non vi
detur quomodo debeant excuſari: ſ3
illi qui eos de talibus requirunt: ex=
cuſantur ſi rationabilem habent cau=
ſam ⁊ neceſſariam/⁊ al's ſibi non po=
terant prouidere. Hec omnia et illa ī
quinto membro dicta:ſunt ſententia
liter guill'.in glo. Ray. Septimo qui
vadunt ad mercata que fiūt domini=
cis diebus ⁊ alijs feſtis maxime pre=
cipuis. Si quis faciat hoc non cōſue=
tudinarie:ſed aliquādo ⁊ pro aliqua
ercituū eſt. Quinto de diuino facit ho
minē beſtialem: deo eñ ſacrata perſo
na vocatur de⁹. Unde exo. xxij. Diis
nō detrahes. Poteſt eñ ſacerdos cō
ficiendo qd̉ nullus valet angelus: ⁊ ſi
militer dimittendo pctā. ¶ Sexta 6
ſpecies luxurie eſt peccatū contra na
turam: p quā intelligit̄ oīs inordina=
ta effuſio ſeminis extra vas ſibi debi
tum in ordine ad generationē. Pre=
dicando autem de hoc vitio publice/
debet quilibet cautus eſſe: ⁊ tantū in
genere de ipſo loqui: taliter tamen q͛
qui rei ſunt: ex hoc valeāt cognoſcere
culpam ſuam. Sed ſpecies et modos
huius turpitudinis non expedit corā
ppl'o particulariter explicare: ne pu=
re aures maculentur ⁊ ne quis facere
diſcat qd̉ ignorabat. Quilibet tamen
diſtincte in cōfeſſione/ſi reus eſt ſe dꝫ
accuſare: ⁊ confeſſor prudens de hoc
caute vbi oportet rimari. Sunt autem
huius nefandiſſimi peccati multi mo
di ſm tho. vbi prius. Primus vocat̄
īmūdicies ſiue mollicies: puta qñ ſi=
ne cōcubitu voluntarie ꝓcurat̄ pollu
tio cauſa delectationis venereε. Et fit
p cōtactū ꝓprij genitalis ſiue alieni:
et p quoſcūqꝫ alios modos illicitos: q̇
bus huiuſmodi pollutio ꝓcurat̄ vo=
lūtarie ꝓpter experiri delectationem
veneream. Scđs modus et peior fit/
qñ non ſeruat̄ naturalis modus con=
cubēdi. Et hoc fit quātū ad inſtrumē=
tum/vel quia non ad debitū vas/ſcilꝫ
qd̉ a natura ad generandū deputatū
eſt: aut quātum ad alios concubendi
modos beſtiales/aut monſtruoſos.
Tertius eſt peior ſcđo: ⁊ ꝓprie vocat̄
ſodomiticū peccatū: qd̉ fit per concu=
bitum ad nō debitū ſexū: puta cū ma
ſculus cōcubit cū maſculo: aut femi=
na cū femina. De hoc peccato loquit̄
apl's Ro. i. Quartus eſt peſſim⁹ (qui
dicit̄ beſtialis: et fit p ꝯcubitū rei non
eiuſdem ſpeciei: vt cū q̇s cōcubit cum

beſtia. Hoc peccatum ſexte ſpeciei videlicet viciū contra naturā eſt grauiſſimū inter oīa pctā carnis. ſm auguſti. de adulterinis coniugiis. Et patet hoc tripl'r. Primo qꝛ grauiſſime hoc deus puniuit: quia cauſa diluuij fuit: ſm methodiū. Unde gene. vi. oīs caro corruperat viam ſuam ſup terram oīs caro/ id ē homo. ꝛ Geñ. xix. dominus pluit ſup ſodomā et gomorram ignē ꝛ ſulphur d̄ celo. Et geñ. xxxviij. Onā fundebat ſemen ſup terrā: iccirco ꝑcuſſit eū dñs. Secundo leges/ pena mortis hoc plectūt. Uñ Leuit. xx. Qui dormierit cū maſculo coitu femineo: moriatur. Tertio infra beſtiam hominē mergit. Nulla enī beſtia ſimilia facit. Non ergo mirū ſi vt ſancti dicūt et Hierony. preſertim in nocte natiuitatis xp̄i oēs ſodomite occiſi ſūt ꝛ fere īcarnari de⁹ ꝓpter hoc vitiū deſijt.

b ¶ Secūdo principaliter videndū eſt de fomentis et nutrimentis ſpecierū luxurie. Et ſunt plura q̄ vix ſine peccato luxurie fieri pñt: vt viſus mulieris incautus: auditus: cantus: locutio de venereis: ꝛ tactus: oſcula: amplexus: et hmōi. Nō ſolū aūt fornicatio/ ꝛ ſpecies luxurie ſūt pctā mortalia: ſꝫ etiā prefata īpudica actū carnalis copule precedētia/ et ad eū alliciētia ſūt peccata mortalia qñ fiunt libidinoſe cuꝫ aliena muliere: vt qñ quis cū non ſua facit talia/ illa intentione: vt p hoc ī ſe vel muliere excitet concupiſcentiā ei⁹ aut ip̄am inclinet ad ſui concupiſcentiā: qd̄ ptꝫ. Quia math. v. dr̄. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam/ id eſt eo aīo vt concupiſcat. Illō enī non eſt iā titillari ſolū: ſꝫ plene cōſentire libidini: et ſequit̄/ mechat⁹ eſt eam in corde ſuo. Sup quo dicit chriſoſto. qd̄ viris dñs hic loquit̄: hoc etiā de feminis dicit. Ergo multomagis oſculū libidinoſum/ tactus/ ꝛ ſimilia ſunt mortalia ꝛ ꝯtra ꝑceptum: nō mechaberis. Ideo ciprianus in de virginitate dicit. Certe ipſe cōcubitus/ ip̄e amplexus/ ip̄a cōfabulatio/ ꝛ oſculatio/ ꝛ feda dormitatio: crimen eſt. Itē nō ſolum deliberatus cōſenſus ī actū peccati mortalis eſt mortale: ſed etiā conſenſus deliberatus in delectationem pctī mortalis in venereis/ eſt ſpeciale mortale pctm̄: vt patebit ī nono ꝑcepto. Ergo plus prefati tactus/ ꝛ viſus/ ꝛ hmōi. Dicit tñ tho. ſecūda ſcōe q. cliiij. peccatū mortale dicit̄ aliquid dupl'r. Uno mō ſm ſpēm ſuam: ꝛ hoc mō oſculū/ amplexus/ vl' tact⁹ ſꝫ ſuā ſpēꝫ nō nomināt pctm̄ mortale. Poſſunt enī hec abſq3 libidine fieri: vl' ꝓpter cōſuetudinē patrie/ vel ꝓpt̄ aliquā neceſſitatem aut rationabilē cauſam. Alio mō dicit̄ aliquid eſſe peccatum mortale ex ſua cauſa: ſicut ille q̄ dat elemoſinam vt aliquē inducat ad hereſim. Et iſto modo tactus/ ꝛ hmōi vt dictū fuit prius ſunt mortalia pctā quia fiunt ꝓpter delectationē moroſam in venereis. Tertio principaliter notandum ꝙ ſicut maius peccatū eſt adulteriū q̄ ſimplex fornicatio: et ſacrilegiū maius q̄ adulteriū vt prius dictum eſt: ſic etiam tactus/ oſcula/ et hmōi inter adulterantes/ vel quecūq3 alie impudicitie maiora pctā ſūt q̄ inter talia que fiunt ſoluti cū ſoluta. Et ſic de oſculis ſacrilegorum maiora q̄ adulterorum.

¶ Capitulum tertiū De chorea et quādo ſit pctm̄ mortale.

ESt ꝑterea aliō multum peccato luxurie deſeruiens videlicet chorea: de qua vidēda ſūt tria. Primo q̄ ꝑiculoſus lud⁹ ſit. Secūdo an poſſit fieri ſine pctō. Tertio qñ ſit pctm̄ mortale.

¶ Quātū ad ꝑmū notādū ꝙ choriſare eſt ꝑiculoſus ludus valde: ꝓpt̄ ſeptē. Primo qꝛ chorea diabolicū hꝫ exordiū: vt refert mgr̄ hyſtoriar. Nā a ſarepthauro q̄dā demōe ſic dicto exordiū habuit: qui demō in ſīlitudine thauri gerētis in humeris ſignū lune corniculate albe/ egrediēs de flumīe ab egyptiis: in die q̄dā feſto cū timpanis et choreis eſt veneratus. Et ſare- a

pthaurus iſte in flumine nili ibidē ge
ſtus oſtendit/ſaltando: quos egyptij
ſecuti ſunt in terra choriſando. Poſt
ꝙ autem ſarepthaurus eos excitaue
rat ad chorisandū:euaneſcebat. Vñ ⁊
nunc loco ſarepthauri: vetula aliqua
vel puella aliqua pre ceteris ducitur.
B ¶ Scđo quia ſcriptura de maximis
malis refert: que choreas ſecuti ſunt
vt plurimū. Nā exod.xxxij. Cū moy-
ſes appropiquaſſet ad caſtra: vidit vi
tulum/et choreas:iratus eſt valde/et
ꝓiecit de manu tabulas: et confregit
eas ad radicem montis:deinde aſſū-
ptis ſecū filijs leui interfecit.xxiiij.mi
lia hoīm. Nam hodie in choreis vitu
lus ꝑ quē deſignatur laſciuia venera
tur/neglecto dei ſeruitio. Sic Math.
xiiij. Saltatrix fecit amputari caput
iohis baptiſte quo maior inter natos
mulierꝝ nō ſurrexit. Et eze.xxv.dr̄ pro
eo ꝙ plauſiſti manu ⁊ ꝑcuſſiſti pede/⁊
gauiſa es ex toto affectu ſuꝑ terrā: ec
ce ego extendam manū meā ſuꝑ te:et
tradam te in direptionem ⁊ interficiā
te de pplis. Tertio diſſuadenda eſt
chorea quia ibi demon hꝫ valde mlta
arma ad occidendū aīas: mulier eñ
(vt ait hieronymus) gladiꝰ eſt igneꝰ.
Ibi eñ videlicet in chorea tot ſūt gla
dij:quot ad capiendū veſtibus ſūt or-
nati. Ibi eẽ gladij acutiores: quia ad
aſpectum ante.retro.infra. et ſurſum
paratiores. Ibi etiā gladij flāmei lu-
xuriam accēdentes. Ibi inſuꝑ arma
fortiora ad vincendū:quia mulier ibi
quam demon elegit ad adam/ ſanſo-
nem/dauid/ſalomonem/iob/thobiā/
ad filios iſrael ſeducēdos. Mulier eẽ
ornata eſt ſagena diaboli:ꝑ quā mlti
tudinē infinitā ſtultoꝝ capit ad interi
tum. Sic etiā econuerſo de viris eſt in-
telligendū: diabolus eñ in ꝓpa ſpe-
cie nimis horribilis eſt: ideo ꝑ virum
C vel mulierē ſeducit. ¶ Quarto qꝛ ī
chorea quodāmō cōtra oīa ſacramē-
ta eccl̄ie excedit᷑. Nam ī baptiſmo pa
trinus ait loco baptiſandi. Abrenun-
cio diabolo/⁊ oībus pōpis eiꝰ. Sed ī
chorea eſt ꝓceſſio diaboli: vbi fiſtula
tor eſt cantor:ſcholares peccatores:⁊
tranſitus ad ſiniſtram cōtra ordinem
fit/cuius cauſa veſperas/ſermones/⁊
huiuſmodi tales negligūt. Matrimo
nij ibi fides faciliter etiam viſu viola
tur. Cōfirmationi ꝙ̄ ꝑ criſma ſignum
crucis impreſſit fronti iniuria fit ꝑ ſer-
ta/et pepla/et cetera illicita:ꝙ̄ ſunt ſi-
gna demonis. Penitentie ſacramen
to iniuriant᷑:qđ in quadrageſima re-
ceperāt:⁊ iā ſe demonū exercitui īmi-
ſcent. Eukariſtiā quā ſuſceperant/ ſi-
cut iudas/peccatis ſtatim maculant.
Extreme vnctioni hi ꝙ̄ ſuſceperūt in-
grati:ſanitate collata abutunt᷑ in cor
pore toto/et ſpecialiter manibus ⁊ pe
dibus. ¶ Quinto chorisantes oībꝰ D
quinqꝫ ſenſibus et membris peccare
pñt:videlꝫ greſſu/ornatu/cantu/ viſu
et auditu. Nam ſuꝑbiā ⁊ auaritiā ꝓ-
uocant in nō hñtibus ſimilia ſicut ipi ve
ſtimēta:luxuria ibi cōis eſt in corde.
Indignationē ꝓcurāt cū mulieres et
puelle volūt a maritis vel parentibꝰ
habere precioſa. Inuidia ibi ꝓcurat᷑
cōtra eos ꝙ̄ magis excellūt. Gula nō-
nūꝙ̄ ſequit᷑:et potiſſime accidia. Qꝛ
ſicut guſtato ſpū deſipit oīs caro: ſm
grego. ſic guſtata carne deſipit dei fa
mulatus. Sexto quia multā ſuadent
ineptam letitiā choree. Sumus eẽ in
exilio ſurſum reſpiciendo:ſuſpirādū ꝫ
eẽt ꝙ ſumus exules et incerti de redi
tu. Infra infernus quē intrare poſſu
mus:⁊ t̄ra in quā ſepulti cōuertemur
a dextris ꝓſpera:et a ſiniſtris aduer-
ſa ꝙ̄ nos peccare faciūt. ſm illđ Ps.
Cadent a latere tuo mille. a tergo ſūt ps. 90.
nr̄a peccata que fecimus:ante in que
cadere poſſumus:intra mordens cō-
ſcientia cū carne infecta. Et extra de-
monū mltiplex pugna. Vñ hiero. gla
diū tenet hoſtis vt me perimat:ex om
ni parte ſunt pericula. ¶ Septimo E
diſſuadent choreas ſanctoꝝ ⁊ prudē-
tum exempla. Nam refert grego, lib.
iiij. dialogoꝝ ꝙ virgini deuote maria
virgo apparuit nocte/ei oſtendens coe-
uas in albis puellas: qbꝰ cū virgo ſe
adiūgere vellet:maria ait/vt nichil vl

tra leue ageret:a riſu ⁊ iocis abſtine=
ret:ſicqꝫ triceſimo die eis iungeretur.
Quod et factum eſt. Nam vt viſio di
ſparuit:virgo ſe a prefatis abſtinuit.
parentibꝰ mutationē mirantibꝰ viſio
nem aperuit.xxv.die.febꝛe coꝛripiť:⁊
xxx.die in hoꝛa exitus mariā cū puel=
lis pꝛenominatis vidit. Quam virgi
nem cū maria vocaret: moꝛitura cla=
mauit vt potuit. Ecce dn̄a venio. Ecce
dn̄a venio: ⁊ ſic eadē voce ſpūm red=
didit. Ex quo patet ꝙ choꝛee ⁊ inepte
letitie ab ingreſſu regni impediunt.
Unde in vitis philoſophoꝝ de ſocra=
te legitur ꝙ ceroniā venit:ppl'mqꝫ ibi
in luxuria lapſum auctoꝛitate ſua ad
vſum frugalitatis reuocauit: matro=
nas a viris ſeparatas: ⁊ pueros a pa
rentibus/ad pudicitiam et ad debita
ſocietatis obſequia ſuo ſtudio redu=
xit. Induxitqꝫ matronas vt auratas
veſtes/ceteraqꝫ ſue dignitatis oꝛna=
menta/vel luxurie inſtrumenta depo
nerent:et in iunonis edem delata ipſi
dee cōſecrarent: docens vera matro=
narum oꝛnamenta pudicitiam eſſe.
F ¶ Quo ad ſecūdū p̄ncipale: an cho=
riſare ſit peccatū? R̄n̄. ſ'z alber.in.iiii.
diſt.xvi.ꝙ choꝛea ⁊ hm̄ōi ludi ſiue fi=
ant cantu/ſiue muſicis ſ'm ſe nō ſunt
mali:quia pn̄t bene fieri aliq̄n̄. Sꝫ ex
triplici cā poſſunt fieri mali ex circū=
ſtantia. Quarū vna ⁊ p̄cipua eſt ma=
la intentio:vt qn̄ fiunt ad oſtendendā
iactantiā/et ꝓuocandū libidinem:ſi=
cut fere oēs modo exercēt: et ideo eti
am eccleſiaſtice pſone talia depoſue=
rūt:quia etiā in ſignis gaudij non eſt
cōicandū cū petōꝛibus. Alia cauſa ē
quando nō fiūt ſuo tp̄e/vt tp̄e triſtitie
Quia ſicut dť eccl'iaſt.xxii. muſica in
luctu impoꝛtuna narratio. Et hoc mō
interdiciť penitenti ne ſit in ludis: qꝛ
dū penitet tp̄s eſt flendi. Tertia cau=
ſa eſt ex officio pſone ſumpta:ſicut cle
ricis interdiciť venatio/et alij ludi:qꝛ
in ſoꝛte dn̄i electi alijs exercitijs de=
bent occupari. Puto autem ꝙ quiqꝫ
cōcurrentibus ad choꝛeam:nō ſit re=
pꝛehenſibilis. Pꝛimū ꝙ ſit debito tē
poꝛe/ſcꝫ gaudij:ſicut in nuptijs vl' tē=
poꝛe victoꝛie vl' liberationis hoīs/vl'
patrie/vl' aduentus amici de terra lō
ginqua. Secundū eſt ꝙ ſit cum hone
ſtis pſonis de quibus nō oꝛiatur pꝛe=
ſumptio mali: nō cū leccatoꝛibus vel
meretricibus. Tertiū ꝙ fiat a perſo=
nis ſecularibꝰ: qꝛ monialibꝰ/ mona=
chis/⁊ clericis ꝓpť hoc ꝙ in alijs de
bent occupari omnē choꝛeā puto illi
citā eē. Quartū eſt ꝙ honeſto mō fiat
nō geſticulationibus nimis inhone=
ſtis:vel inoꝛdinatis. Quītū eſt ꝙ can
tus excitans in talibus/⁊ muſica/ nō
ſint de illicitis:ſed de moꝛibus vel de
deuota melodia aūt nō eſt curandum
vt puto:quia in talibus neceſſe eſt fie
ri melodiā leuem/q̄ aliqualiter expꝛi
mat moduꝫ choꝛiſandi. ¶ Quo ad G
tertiū pꝛincipale/qn̄ choꝛiſare ſit pec=
catū. Queriť vtrū peccent moꝛtaliter
choꝛeatrices ducendo choꝛeas hm̄ōi
illicitas/ſiue in feſtis/ ſiue in pꝛofeſtis
diebus? R̄n̄. Guill'. ſup Raymū. Cre=
do ꝙ ſic / ſi hoc faciant cauſa incitādi
ſe vel alios ad libidinem. Aut ſi cho=
reas ducūt de conſuetudine licet hoc
non faciant coꝛrupta intentōne/vt di
ctū eſt:peccant moꝛtaliter/ſiue in die
bus feſtiuis hoc faciant ſiue ꝓfeſtis:
cum inſpicientes adeo ꝓuocent ad li
bidinē:ꝙ dicat hiero.in quadā omel.
ꝙ nō credat viro ſi dicat ſe illeſū eua=
ſiſſe a ſpectaclis taliū:cū dauid ex eo
ꝙ vidit berſabee lauantē ſe/ad libidi
nem ꝓuocatus ſit. Si autē aliqs vel
aliqua mulier raro/et ſine aliqua coꝛ
rupta intentōne īmiſceat ſe hm̄ōi cho
reis:ñ audeo dicere ꝙ ſit moꝛtale pec
catum. Sed nec audeo eum vel eā ex
cuſare/et aſſecurare a peccato moꝛta
li:cum ſe ingerat periculo pꝛouocan=
di alios ad libidinem. Et ipſo facto vi
deatur appꝛobare choꝛeas: et exem=
plo ſuo auctoꝛitatem alijs ſimilia fa=
ciendi pꝛeſtare. Hec ille.

¶ Capitulum quartum De actu
coniugali licito/fragili/ ac impe=
tuoſo.

NUnc de actu coniuga
li qui fit in matrimo-
nio: videnda ſunt tria
Mā ſm Alexā. de hal'
⁊ Tho. In matrimo-
nio triplex eſt in gene
re cōcubitus. Primꝰ
licitus. Secūdus fragilis. Tertiꝰ im-
petuoſus. Licitus fit tripliciter. Pri-
mo cauſa ſuſcipiēde prolis ad diuinū
cultum educande et ſic eſt in officium
multiplicande nature. vnde pͥma Thi
mo. v. Uolo iuniores nubere: filios ꝓ
A creare. ¶ Eſt igitur concubitus in
matrimonio meritorius/⁊ virtutis a-
ctus: qui dicitur caſtitas ꝯiugalis qñ
fit ſolum cauſa prolis procreāde ⁊ re-
ligioſe educāde/ad ampliandū cultū
diuinū. Et ſi tūc aſſunt alie debite cir-
cunſtantie: eſt actus virtutis/que dici
tur religio. Secundo eſt meritoriꝰ et
virtuoſus actus matrimonialis: quā-
do al's eſt bene circūſtantionatus. et
fit ſolū cauſa reddēdi debitū alteri cō-
iugum. quia tūc eſt actus iuſtitie que
vnicuiqꝫ reddit quod ſuū eſt. Unde. i.
Corinth. vij. Uxori vir debitū reddat.
Tertio eſt meritorius qñ al's nichil il
licitum īteruenit. ⁊ fit ſolū ab vno con
iugum propter vitare fornicationē in
altero/quaꝫ al's in eo faciliter cauere
non poſſet. Et ſic eſt in remediū concu
piſcentie. i. Corith. vij. Unuſquiſqꝫ ha
beat ſuā vxorē. ⁊c̄. vt ſi vir videat vxo-
rem de alio temptari/⁊ adhibita dili-
gentia ſufficienti in cohibēdo: adhuc
timet de malo fornicatiōis eius/et ad
eam non petentē accedit. non propter
prolē/ſed tm̄ vt ponat remediū forni-
cationi eius: aut econuerſo ſi mulier
videt virū in adulteriū inclinatū/⁊ ab
eo petit debitū ⁊c̄. tales merētur. Sic
etiā merel' mulier moderatū ornatuꝫ
portādo: ſoluꝫ ideo ne maritus propl'
vxoris cōtemptū adulterel'. vñ. i. Co
rinth. vij. mulier q̄ nupta eſt: cogitat q̄
mūdi ſunt: quō viro placeat. Ex illos
tres caſus eſt pctm̄ actus coniugalis.
Interdū petēti ſolū. Interdū reddēti
⁊ poſcēti. Interdū veniale/īterdū mor

tale. Uerū vt pe. de palu. ponit in. iiij.
fit licitus actus quarto: qñ quis petit
debitū propl' vitandā fornicationē in
ſemetipſo. Sed querit' ꝓpter ſecūdū
modū: vtrum vterqꝫ cōiugū teneatur
ſub precepto alteri reddere debitum?
Rñ. ſm Tho. Sco. ⁊ magiſtrū in. iiij.
di. xxxij. ꝙ quilꝫ coniugū tenel' ex pre
cepto alteri petenti reddere cōiugale
debitum/exceptiſ caſibus rationabili-
bus poſtea exprimēdis. ptꝫ per verba
magiſtri dicētis vbi prius. Cū in om-
nibus vir p̄ſit vxori/vt caput corpori.
eſt em̄ caput mulieris: in ſoluendo tm̄
debitum carnis pares ſunt. Ideo apo
ſtolus vtriqꝫ precipit in hac cauſa ſibi
inuicē ſubijci: dicēs. i. Cor. vij. Uir vxo
ri debitum reddat. ſilr ⁊ vxor viro. qꝛ
mulier nō habet poteſtatē corporiſ ſui:
ſed vir. Siliter vir nō habet poteſtatē
corporis ſui: ſed mulier. Ex quibꝰ ptꝫ
ꝙ in cōtractu matrimonij vir dat cor-
pus ſuum vxori ad actū matrimonia
lem: ⁊ econuerſo mulier viro. Uñ ſicut
ex diuino precepto ⁊ de rigore iuſtitie
tenetur homo nō auferre alienū inui-
to dño: ita tenetur ex precepto ⁊ iuſti-
tia alienum reddere petēti. ergo cum
vnus coniugū petit corpꝰ alterius ad
actū matrimonialē/⁊ hoc ſꝫ debitum
vſum: tūc tenel' reddere/niſi habeat le
gitimā excuſationē: al's facit cōtra dei
p̄ceptū nō reſtituēdo alienū. et ſi alter
ꝓpter hoc incidit in fornicationē: etiā
nō reddenti aliquo mō imputādū eſt.
Et intelligendū eſt illud ſiue explicite
debitum petat' vt per verba: ſiue impli
cite vt per aliqua ſigna. ¶ Sūt autē B
hi caſus in quibꝰ etiā petēti non tenel'
reddere. Primꝰ qñ petēs amiſit ius
petendi. vt qñ fornicatus eſt: ⁊ hoc al-
teri publice cōſtiterit. Tunc em̄ nocēs
ꝑdidit ius petēdi. ⁊ ideo innocens po
teſt eum repellere. nec tenel' reddere:
niſi poſtq̄ ipſum nocētē ſibi recōcilia-
uit carnaliter ſibi cōmiſcendo. Ratio
dicti eſt. qꝛ ex quo nō ſeruauit nocens
ſiue fornicans fidē: alter nō tenetur ei
ſeruare fidē/niſi vt nō ꝯmiſceat' alteri:
Unde dicit Tho. in. iiij. diſt. xxxv. ar. i.

Uir proprio arbitrio poteſt dimittere
vxorē quo ad thorū debitum/videli
cet negādo ꝙcito ſibi conſtat de vxo=
ris fornicatiōe.nec tenetur ei reddere
debitū:niſi ꝑ eccleſiā cōpellat. Quan
tum vero ad cohabitationē nō poteſt
dimittere vxorē fornicariā:niſi iudicio
eccleſie. Hec ille. Et ecōuerſo de vxore
reſpectu viri. De iſto loquitur chriſt⁹.
math.v. Qui dimiſerit vxorē ſuā: niſi
propter fornicationē.ꝛc. Secūdus ca
ſus eſt quādo nondū acquiſiuit ius pe
tendi debitū.vt in tempore poſt matri
moniū contractū/ſed nondū conſum=
matum.quia interim poteſt intrare re
ligionem.imo ſm Hoſt. peccat mor=
taliter/qui ante benedictionē nuptia=
lem vxorē cognoſcit in locis vbi cōſue
tum eſt benedictionē adhiberi. Terti⁹
caſus eſt ſm Tho.quādo reddit mari
tus impotēs ex cauſa ex matrimonio
ſecuta:puta ſi prius debitū reddidit/ꝛ
ex hoc factus eſt īpotens ad iam red=
dendū:tunc mulier nō habet ius pe=
tendi. Et tunc in petēdo magis ſe me
retricem oſtēdere ꝙ coniugē. Quart⁹
eſt qñ quis maiori vīculo aſtrictus eſt
ad nō reddendū:eo ꝙ vergit in notabi
le nocumentū ſanitatis ſue. Tenetur
hō plus ad cōſeruationē ſui ꝙ ad red
ditionē debiti.vt qꝛ ꝑſona infirma eſt
aut ꝓbabiliter timeretur ex redditiōe
eius īfirmitas. Dicit autē tho. Si mu
lier īfirmatur:certum eſt ꝙ ex carnali
coitu ei periculū īminet. Quintus eſt
qñ veriſimiliter vł ꝓbabiliter timetur
de periculo extinctiōis fetus aut abor
ſus:tūc neuter tenetur reddere alteri:
qꝛ maiori vinculo tenet ad cauendū
occiſionē fetus ī vtero pregnātis/aut
vt nō naſcatur abortus:ꝙ teneat red=
dere debitū. Sextus nō tenetur redde
re debitū in ſacro loco:qñ nō ſacer lo=
cus ꝛ aptus haberi poteſt:qꝛ alr̄s irre
uerentia fieret loco ſacro qui polluere
tur:ꝛ reconciliatiōe indigeret. vt tenēt
Joh.andree.Hoſtieñ.Arch. de conſe.
di.i. Eccleſiis ex ca.i. Sed quādo ali⁹
locus ꝙ ſacer haberi nō poſſet:tūc ibi
teneretur quis (ſm alr̄.) reddere debi
tū. Nec etiā reddere licet debitū/ nec
quis tenetur in loco etiā nō ſacro qui
eſt in publico.vt deducit Aug.de ciui.
dei cōtra Diogenē. Septimus caſus
qñ coniuges pari cōſenſu vouerūt cō
tinentiā in domo:tunc neuter tenetur
alteri debitū reddere:īmo neuter po=
teſt votū reuocare.vt pꝫ per Aug.ad
editiā.ꝛ ponit magiſter in.iiij.di.xxxij
Ratio eſt.qꝛ vterqꝫ reſignauit iuri ſuo
Octauus eſt ſm pe.de pal.qui dicit in
iiij.generaliter verū eſt vbi cōiugi ali=
cui nō poteſt prouideri aliter de ſecu=
ritate vite ſue/niſi aliū coniugē dimit=
tendo:non tenetur ei debitū reddere/
nec cohabitare cū periculo corporis
ſui. Nonus eſt vbi vna pars copule eſt
infidelis/vel incidit in hereſim. De qͥ=
bus tn̄ iſta eſt concluſio.ꝙ quādo duo
tēpore legis euāgelice cōtraxerūt ma
trimoniū extra legē chriſtianoꝝ:ſi al=
ter eorū ſolum cōuertitur/tunc nō te=
netur conuerſus reddere debitū infi=
deli:nec eidē cohabitare:ſed ſtatī de=
bent ſeparari:ſi āmonitus noluit con
uerti. Si vero inter chriſtianos vn⁹ cō
iugum hereſim īcidit:alter poteſt euꝫ
dimittere quo ad cohabitationē tēpo
ralem quouſqꝫ corrigat. Sed vt tho.
dicit. Nō propter vnū actū infidelita=
tis poteſt dimittere:ſed propter cōſue
tudinē que ꝑtinaciā oſtendit.qꝛ ex ta=
li infidelitas ꝑficitur. Ex ſupradictis
pꝫ ꝙ vnus cōiugū tenetur debitū red=
dere alteri coniugū/qui oīno vult ꝛ de
bitum exigit/etiā leproſo:lꝫ ei cohabi
tare nō teneatur. Item mēſtruata qñ
vir ſcit et omnino inſtat. Item tēpore
quantūcūqꝫ ſacro qñ maritus nōvult
deſiſtere. In talibus aūt exactus dꝫ ꝑ
moderata vba ab incōtinētia retrahe
re animū alterius ſi pōt/ſine periculo
fornicationis alterius. Omia iſta dif
fuſe tangit Tho.in.iiij. Unde ſi in ta
libus reddens debitū non faciat illud
cauſa cōcupiſcētie:ſed ſolū propt red
dere debitum ſicut obligat/meretur.ꝛ
grauiter peccaret ſi nō redderet. Pꝫ
igit primū qñ vicꝫ actus cōiugalis ſit
licitus ꝛ meritorius. ¶ Dictum eſt

D

ſecūdo ꝙ alius eſt actus fragilis ma=
trimonialis.⁊ fit multiplicíter/⁊ ſemꝑ
eſt peccatū veniale ad minus.Primo
qñ fit concubitus ſolum cauſa delecta
tionis experiende in coniuge/ita tñ ꝙ
non vellet pro tali delectatione expe=
rienda accedere ad alienam.ſi tunc ni
chil aliud inordinatū interueniat/ eſt
veniale peccatū.Itē q̄ cognoſcit vxo=
rem cauſa ſanitatis peccat.quia q̄rit
per ineptum mediū ſanitatē ſicut qui
per baptiſmū q̄reret ſanitatē. Itē co=
gnoſcens vxorē cauſa vitande forni=
cationis in ſe nō peccat ſm Aug. Itē
qui cognoſcit vxorē poſt partū añ pu=
rificationez:ob hoc preciſe nō peccat
mortaliter.Item qui in die feſto petit
debitum ſine contēptu tēporis ⁊ euā=
gelice exhortatiōis nō peccat mortali
ter.Itē qui petit debituz in loco ſacro
qñ aliū locū habere non poteſt:peccat
venialiter ſm Alb.ſi exigit cum gemi
tu:q: ſcz ſine vſu matrimonij eſſe non
poteſt.In his caſibus cōmuniter do=
ctores tenent ꝙ actus matrimonialis
poteſt ſine peccato mortali fieri. Sed
ſunt alij caſus in quibus periculuz eſt
vel non tam ſecurū an ſit veniale/ vel
mortale exigere/et reddere debitum.
Primus qui reddit debitū ante bene
dictionē nuptialez/vel anteq̄ in facie
eccleſie contrahat.Itē qui exigit a mē
ſtruata/que eſt mēſtruata naturaliter
Item de menſtruata naturaliter: que
volūtarie reddit/⁊ cōplacenter.Item
qui petit in loco ſacro cum aliū locum
E habere poſſet. ¶ Dictū eſt tertio ꝙ
quidā matrimonialis act⁹ eſt ĩpetuo=
ſus:⁊ fit cōiter cum peccato mortali.
Primo qui querit delectationē ĩ actu
matrimoniali extra limites matrimo
nij/ſic vicz ꝙ paratus eſſet idē facere
cum vxore etiā ſi nō eſſet cōiunx/et eſt
mortale pctm̄.Et dicit̄ ardētior ama=
tor vxoris.Secūdo ĩpetuoſus eſt q̄ fit
cauſa ſatiāde libidinis.⁊ homo ſe ad
hoc ꝓuocat ꝑ meretriceas blādicias
vel de induſtria vtitur calidis ⁊ valde
incētiuis.aut per aliū modū huiuſmo
di actū a ſe quaſi exigit ꝓpter ſacieta=
tem delectationis.Tertio cū fit cōcu=
bitus cōtra naturalē modum.vt cum
omittitur debitum vas:⁊ hoc ſemꝑ eſt
mortale peccatū:q: proles ſequi non
poteſt:⁊ intentio nature totaliter fru=
ſtratur.Quarto eſt ĩpetuoſus quādo
fit cōtra naturalē modum/etiā ad de=
bitum vas nature:vbi tamē diſpoſitio
corporis bene ſuſtineret naturalē mo
dum.Eſt autē modus talis ſz Alber.
multiplex. Primus modus eſt mal⁹
quādo cōcubitus lateraliter fit.Secū
dus peior qui fit ſedendo.Tertius ad
huc peior qui fit ſtando.Quartus eſt
peſſim⁹ qui fit a tergo.vbi dicit Tho.
vbi omittitur debitus modus cōcubē
di ſolum quo ad ſitū:non eſt ſemꝑ pec
catum mortale.vt quidā dicūt. Et eſt
qñq̄ ſine peccato.ſic̄ qñ diſpoſitio cor
poris alium modū nō patitur. Hec il=
le. Sed alij dicunt ſm Alb.ꝙ eſt con=
tra intentionē nature/⁊ impedit̄ con=
ceptio.⁊ eſt ſignū concupiſcētie morta
lis:niſi diſpoſitio corporis aliū ſitum
exigeret q̄ naturalis ſitus eſt.vt fieri
poſſet ꝓpter egritudinē/vel pinguedi
nem/vel periculū ſuffocandi fetū/aut
propter aliam cauſam rationabilem.
Quinto fit cōcubitus ĩpetuoſus cum
fit tempore prohibito:et tunc potiſſi=
me peccat ille qui petit.Sexto cum fit
in loco ĩdebito.vt in ſacro vel in publi
co in ſcandalū alioꝝ.Septimo qui ac
cedit ad ĩpregnatā vicinā partui: vbi
timor eſt de aborſu.Octauo cuz quis
accedit ad menſtruatā ſaltem natura
liter menſtruū habentē.Ubi videt̄ ſm
Sco.ꝙ petens ſciēter peccat mortali=
ter.quia vt dicit:nō eſt veriſimile ꝙ lex
noua minus intendat caſtitatē q̄ vet⁹
ſed Leui.xx.dicit̄. Qui coierit cū mu
liere influxa menſtruo / et reuelauerit
turpitudinē eius/ipſaq̄ aperuit fontē
ſanguinis ſui/interficientur ambo de
medio populi ſui.hoc autē ſm Scotū
non infligitur niſi pro mortali. Bonā
tenet ſicut ſco.Sanctus Tho.ad idez
declinare videtur in.iiij.Unde gloſan
do illam auctoritatē di.ꝙ intelligitur
qñ vterq̄ volūtarie cōſentit. Nono vi

detur ĩpetuoſus in eo ꝗ̃ petit debitum poſt votũ cõtinẽtie a ſe emiſſum pari ꝯſenſu. aut ante matrimoniũ emiſſuꝫ cũ quo nõ eſt diſpenſatũ. In prefatis caſibus oĩbus actus matrimonialis eſt peccatũ mortale vel multũ propinquus mortali. Notandũ tñ pro ĩtellectu noni modi ꝙ ille qui vouit caſtitatem ⁊ cõtrahit matrimoniũ intẽtione cõſummandi per carnalẽ copulã / peccat mortaliter. Secus ſi ſolũ aĩo cõiugalis ſocietatis. Itẽ q̃uis ꝗ̃ vouit continentiam perpetuã / nõ peccet mortaliter poſt primũ actũ matrimonialem petẽti coniugi ĩplicite vel explicite debitũ reddẽdo: ſm multos tñ peccat mortaliter debitũ a cõiuge petẽdo niſi ſecũ fuerit diſpẽſatũ. Itẽ ſicut neuter cõiugũ põt cõtinentiã vouere ſine conſenſu alterius: ſic etiã ꝓbabili⁹ eſt ꝙ neuter poſſet vouere nolle petere debitũ ſine alterius cõ ſenſu. Omĩa illa ſunt de mẽte ſctĩ tho. l.iiij. Itẽ ꝗ̃ vouit ꝑpetuã ꝯtinentiã: etiã peccat mortalr̃ p̃mo actu mr̃imoniali / ꝑ quẽ cõſũmat mr̃imoniũ. q2 votũ ſuare poterat poſt cõtractũ / religionẽ ĩtrãdo qđ nõ fecit.

¶ Capitulũ quintũ. De gula: temperantia et ſpeciebus eius.

A CUm ventris ingluuies ſit cã mechie / ⁊ luxurie: vt patuit in primis parẽtib⁹ qui poſt cibũ ſtatĩ erubuerunt Geñ.iij. ⁊ Ro. xiij. nõ ambulem⁹ in ꝯmeſſationibus ⁊ ebrietatib⁹ / ⁊ ſeq̃tur: nõ in cubilibus ⁊ impudicitijs. Idẽ patuit in ſodomitis. vñ Ezecħ.xvi. Hec eſt iniq̃tas ſororis tue ſodome ſuꝑbia / ſaturitas panis ⁊ abũdãtia / et ociũ ipſius ⁊ filiaꝝ eius. Iccirco de vicio gule tria ſunt videnda. Vñ ſaluator Lu.xxi. ait Attẽdite ne g̃uent̃ corda vr̃a crapula ⁊ ebrietate. Crapula / id ẽ cruda epula Ideoq3 de vtroq3 videndũ eſt. Pr̃io de gula in gñe. Scđo de ſobrietate. Tertio de ieiunio quõ ad illud teneamur. Quantũ ad p̃mũ tria dicẽtur p̃ncipaliter. Primo q̃d ſit tẽperãtia. ⁊ q̃d gula Scđo q̃ ſint ſpecies gule. Tertio quãdo ſit mortale vel veniale pctm̃. Quãtum ad primũ notandũ ꝙ ad intelligẽdum quid ſit vicium caſtrimargie congruit ſcire quõ abſtinendũ ſit. Eſt aũt abſtinẽtia ſumptio vel ſubtractio cibi vel potus ſm qđ recta dictat ratio. vñ ij.pe.i. miniſtrate in fide veſtra virtutẽ in virtute aũt ſcientiã: in ſcĩa aũt abſtinẽtiã. Ex quo p3 abſtinẽtiã fieri oportere ſm ſcientiã / vic3 quantũ oportet ſumendo. qualia oportet / vbi oport3 / qñ o3 / ⁊ ꝓpter quid oport3 / pro cõgruentia hoĩm bonoꝝ cũ quibus viuit hõ ⁊ pro cõgruẽtia ꝑſone ſue / ⁊ pro ſueva lilitatis / cõſuetudinis / etatis / laboris roboris / et incõmoditatis neceſſitate vel cõgruentia. vt dicit Aug. in lib. de queſtionibus euãgelij. Et etiã ſm regionẽ in qua q̃s degit. q2 in vna citi⁹ ſumitur cib⁹ q̃ in alia. ⁊ ſic de tẽpore.

¶ Secũdo notandũ ꝙ corpus nobis datum eſt vt ſeruiat ſpiritui noſtro ad opera bona: que in hac vita non poteſt ſpiritus exercere ſine corporis miniſterio. ſed cib⁹ / potus / ſomn⁹ / ⁊ hmõi ſunt nobis data: vt per eorum vſum cõſeruemus corpus ꝓ poſſe in tali habitudine / vt ſit bene diſpoſitũ ad ſpiritui ſeruiendũ. Sicut inſtrumentũ bonum ⁊ aptum deſeruit expedite artifici ad laborãdũ. Eſt ergo regula ꝙ tũc homo temperate viuit in cibo et potu: quãdo in eis talẽ modũ ſeruat / in quãtitate ⁊ qualitate / vicibus ⁊ ſic de alijs circunſtantijs: ꝙ per hoc corpus ſuu3 in tali ſtatu ⁊ robore ponit et cõſeruat ꝙ ipſe poſſit facere ea q̃ ſibi competũt ſm officiũ ad vitandũ vicia / ⁊ de die in diẽ proficiendi in virtutibus. Idẽ intelligo de ſomno / vigilia / ocio / et exercitio / et ſimilibus ad corpus pertinentibus. vt vult Auguſt. in libro de moribus eccleſie. Dicitur autem ſignãter ꝙ inſpicienda ſunt etas / complexio / conſuetudo / ⁊ ſimilia. quia iuuenis valet quod non valet puer. ſanus qđ nõ valet infirmus. pauꝑ valet quod non diues. Unde ſi diues delicate nutrit⁹ / ſtatĩ vellet groſſa ſumere: ĩfirmaret̃. idõ B

dicit de diuitibus Auguſti. in de ver
bis domini. Utantᵭ diuites cōſuetudi
ne infirmitatis ſue/ſed doleāt ſe aliᵭ
non poſſe. melius eñ vellent ſi aliter
poſſent. Tu ergo diues vtere cibis ele
ctis et precioſis: qꝛ ſic cōſueuiſti: ⁊ ali
ter non potes: quia ſi conſuetudinem
mutas: egrotas. Conceditur ergo ti=
bi: vtere ſubtilibus: da pauperibꝰ ſu=
pflua: vtere precioſis: da pauperibus
vilia. Hec ille. Sic etiam ſenex īdiget
melioribus ꝙ iuuenis fortis. Siliter
delicate cōplexionatus indiget ꝓ bo
no ſtatu ſui corpis ſubtilioribꝰ ⁊ ma=
gis delicatis ꝙ robuſtus et groſſi cor
poris homo: quem panis ⁊ legumia
plus accēderēt: ꝙ alterū carnes. Sic
etiā ſm officia attendendū eſt: qꝛ fa=
brum vel ſimilem mechanicū plus et
crebrius oportet comedere: ⁊ ſibi for
te groſſiora ſufficiūt: ꝙ inſudanti ſtu
C dio aut ſpūali exercitio. ¶ Tertio no
tandū ſm ꝙ aliqui varias intentiões
habēt qui ſumūt cibū aut potum mo
derate: ſm hoc etiam ſunt diuerſe ab
ſtinentie. Et ſunt ſex quarum vna ſo=
la virtus eſt. Uñ verſus. Abſtinet eger:
egens: cupidus: gula: ſimea: virtus.
Prima abſtinentia dᵭ medicinalis:
q̄ fit ſolū ꝓpter ſanitatē corporis con
ſeruandā aut recuperandā/et non eſt
virtus: quia ibi deficit optima circun
ſtantia que eſt finis debitus in ſecun=
do notabili tactꝰ. Dᵭ aūt ſolū: qꝛ ſi ab
ſtineret ꝓpᵭ ſanitatē corporis non ibi
ſiſtendo/ſꝫ eā in bonū virtutis et dei
obſequiū ordinando: eſſet meritoria.
Secūda dᵭ abſtinentia auaritie: q̄ fit
ſolū ad parcēdū expēſis: nec virtꝰ eſt.
Dᵭ etiā ſolū: quia ſi abſtineret ꝓpter
minus expēdere/non ibi ſiſtendo: ſed
vlterius referendo in fines debitos:
vt ꝓpᵭ mīe opa facienda/ vel ſibi ra=
tionabiliter in futurū ꝓuidendo/ vel
ad laudem dei/⁊ ad ſilia tūc virtꝰ eēt:
quando ſaltē alie circunſtātie debite
illi eſſent. Tertia dᵭ paupertatis: q̄ fit
ſolū ex neceſſitate pecunie: nec iſta eſt
virtus: niſi paup nō habens vñ laute
viueret: abſtineret: cōtentꝰ his q̄ ha=
bet. tamen cū illa intentione ꝙ ſi etiaꝫ
multa poſſideret: nollet lautius viue
re/ex quo illud ſibi ſufficit pro conue=
nienti corporis valitudine. Sed ſi vel
let ſic viuere ꝓpter deū: illa eſſet vera
virtus abſtinentie. Quarta vocaᵭ ab
ſtinētia hypocriſis: q̄ fit ꝓpᵭ hoīm ia
nem glīaꝫ: ⁊ hec ſemp eſt mala. Quī
ta eſt religionis q̄ fit ſm dictamē re=
cte rōnis ꝓpᵭ deū modo dicto in no=
tabili ſcdo. Sexta addiᵭ cū quis rōne
gule ieiūnat/id eſt quando quis abſti
net ſolū vel principaliter ꝓpᵭ hoc vt
poſtea delectabiliꝰ cōedat. ¶ Quar D
to notandū ꝙ gula opponiᵭ tēperan=
tie ⁊ abſtinentie: ⁊ eſt actualis duplex
gula. Una interior que eſt aīalis ⁊ im
moderata appetitio īmoderate eden=
di aut bibēdi/ ꝓpter cōcupiſcētiam ci
bi/aut potus delectabilis/aut ipiꝰ de
lectationis. Sed exterior actualis gu
la eſt īmoderatꝰ eſus aut potatio/ ab
interiori inordinata edendi aut potā
di appetitōne imperatus. Diciᵭ pmo
ꝙ eſt animalis appetitio/ad differen=
tiam famis ⁊ ſitis: que ſunt appetitio
nes naturales: nec ſubiiciūtur ratiōi.
Gula autem eſt appetitus animalis:
quia eſt appetitio actualis exiſtens in
voluntate/aut in ſenſualitate: a volū=
tate tamen aliquo modo dependens
et rationi potens ſubiici. Dicitur ſecū
do appetitio nō delectatio. Pro quo
notandum ꝙ circa ſumptionem cibi
aut potus tria ſunt conſiderāda. Pri
mum eſt ipſa delectatio que eſt in ſū=
ptione ciborum aut potuū. Et iſtā de=
lectationem virtus temperantie ſeu
abſtinentie non aufert: nec videtur eā
moderare. quia naturalis eſt huiuſ=
modi delectatio: ⁊ eſt maxime ī abſti=
nentibus quibus panis plus ſapit ꝙ
guloſis piſces/aut carnes: ⁊ hoc ꝓpᵭ
naturalē appetitū neceſſarij cibi. Se=
cundum eſt concupiſcentia: et illa eſt
amor et deſiderium delectatōnis que
eſt ī cibo⁊ et potuū ſumptione et eſu.
delectatio eñ experta in cibis et po=
tibus cauſat amorem et deſiderium
ſui. Et iſtam concupiſcentiam mode=

ratur virtus abſtinētie ne ſua magni
tudine faciat excedere circa cibos et
potus cōtra bonū rōnis eos ſumēdo:
vel appetendo vltra debitam quātita
tem/qualitatem/tps/ꝛ ſilia. Tertiū
eſt actus interior et volitio ſumendi
cibū:aut exterior actualis ſūptio ab
interiori volitione imperata:que voli
tio cauſat habitum abſtinentie prom
pte et faciliter inclinantem ad debite
ſumendū victum. vnde gula nō eſt de
lectatio cauſata ex ſumptōne cibi aut
potus:ſed eſt animalis appetitio ſeu
cōcupiſcentia inordinata. Dicit ter-
tio ꝙ eſt appetitio inordinata. nō eñ
oīs appetitio edendi aut bibendi ani
malis eſt gula:ſꝫ appetitio inordina-
ta:vt cū quis voluntarie vult ꝛ appetit
cibū vel potum aliter ꝙ ſm dictamen
recte rōnis. vt ſcilꝫ ſi plꝰ ꝙ oportet an
te tempus/ꝛ ſic de alijs circūſtantijs.
Dicit quarto ꝓpter cōcupiſcētiam ci
bi delectabilis. Nam ſi quis excedit ī
qualitate/quantitate/aut ſm aliā cir
cūſtantiam: ita ꝙ appetat aut ſumat
cibū plus debito/aut delicatiorē ꝙ ne
ceſſariū ſit:aut ante debitā horam: et
hoc nō ꝓpter concupiſcētiam/ſed eſti
mans ſibi neceſſariū:nō pertinet hoc
ad gulam:vt dicit Tho. ſecūda ſecun
de.q.cxlviij. ſed ad quandā imperitiā
nec eſt ſemꝑ peccatū:quia non poteſt
ſemꝑ ab homine vitari. Vñ dicit gre-
go.iij.mora. Quia ꝑ eſum voluptas
neceſſitati miſcet:quid neceſſitas pe-
tat/ꝛ quid voluptas ſuppetat/ignora
tur. Et Auguſti.x.confe. Quis eſt do
mine qui aliquantulum extra metas
neceſſitatis cibū nō ſumat? Sed ſi qs
ꝓpter concupiſcentiam/id eſt amorē
et deſideriū delectationis que habet
in edendo et potando excedat menſu
ram in eiſdem:hoc eſt gule/ſiue ſit ex
terior ſumptio ſiue ſola interior voli-
tio vel appetitio:ꝛ ſemꝑ eſt peccatum
E ❡ Scdo pncipaliter eſt videndū que
ſunt ſpecies gule. Sūt autem plures
quinqꝫ ponit gloſa. ꝛ Grego. ſup illo
Gen.xxv. vbi eſau dicit iacob. Da mi
chi de coctione hac rufa. Et ſumit ex
xxx.mora. Et oēs ſunt ſm omiſſionē
et defectum circūſtantiaꝝ principali
um q̄ requiruntur in virtute abſtinen
tie. Vñ verſus. Pre propere: laute: ni-
mis ardenter: ſtudioſe. Prima eſt cū
ante debitam horā ſumit cibꝰ aut po
tus ſine rōnabili cauſa:ſed ſolū ex in-
ordīata cōcupiſcētia ciboꝝ aut potuū
De talibus dicit apl's Phil.iij. quo-
rū deus venter eſt. qꝛ pmo querūt re-
gnū dei ſui. Regnū autem dei eoꝝ eſt
eſca et potus. Secūda eſt qñ homo q̄
rit lautiores ꝛ ꝓcioſiores cibos/quos
non reqrit ſupradicta ſui corporis va
litudo/ nec honeſtas ſtatus et pſone:
ſed hoc in eo cauſat inordinatꝰ amor
delectationis q̄ in talibus eſt. Sic fi-
lij iſrl' Nūeri.xi. carnes deſiderabāt ꝛ
puniti ſunt. Et Luce.xvi. Diues epu
lo epulabat quotidie ſplēdide. Quo
cōtra Sene. palatū tuū fames excitet
nō ſapores. Tertia qñ homo ea q̄ ī ci
bis aut potibus ſumenda ſunt:vult ꝛ
appetit ea nimis accurate preparari/
frigendo/aſſando/elixādo/ꝛ ꝑ diuer-
ſa exquiſita cōdimētoꝝ genera vt ho-
minē ad ſupflue ſumendū nō ſolū inci
tent guſtu ꝑ diuerſos ꝛ delicatos ſa-
pores ſꝫ etiam viſu ꝑ varios colores:
et olfactu ꝑ multimodos odores. Si
cut fecerūt filij heli.i.Reg.ij. q̄ vt di-
cit magiſter in hyſtoria ſcholaſtica.
Anteq̄ adolerent adipē tollebant ab
offerētibus crudā carnem:vt lautius
ſibi ꝓcurarent. Tales ſunt ſicut be-
ſtie ruminantes ſtudioſe videlꝫ medi
tantes de accuratis. Sed differūt ab
eis:qꝛ beſtie poſt cibū/iſti autē āte ru
minant. Quarta eſt quādo homo ni
mis in quantitate excedit in cibo vel
potu/plus ſumēdo in quātitate ꝙ ſit
ſibi neceſſe aut cōueniens: magis ꝓ-
pter delectationem ſe implens ꝙ reſſi
ciens. Hec vna fuit cauſa ſubuerſiōis
ſodome. Vñ Eze.xvi. Ecce hec fuit ini
quitas ſororis tue ſodome/ſupbia/ſa
turitas panis ꝛ abūdātia: et ociū ipiꝰ
et filiaꝝ eiꝰ:ꝛ manū egeno ꝛ pauperi
non porrigebāt. Quinta cum homo
nimio deſiderio et auiditate victum

quodāmodo vorat. ſicut lupus vel ca
nis famelicus. Sicut fecit Eſau Gen.
xxv. Nā Jacob coquēte pulmentum
venit Eſau laſſus de agro dicens: da
michi de coctione hac rufa. Et ſequit
en morior. ⁊ ſic accepto pane et lentis
edulio: vēdidit primogenita ſua. Jdo
dicit Aug. Melius eſt piſcib⁹ veſci mo
re dñi ꝙ lēticula more iumētoꝝ. Jtem
idē. Mallem piſcez comedere cū dño:
ꝙ lenticulā cū Eſau. Sexta ſpecies eſt
cū quis nimis frequēter ſumit cibum
aut potū. Hec fuit vna cauſa dānatio
nis diuitis Luce. xvi. qr epulabatur
quotidie ſplēdide. Sufficit eñi hoī ſa-
no qui nō eſt puer: aut intētus labore
graui/ bis in die ſumere cibuz. Aliter
facere morē porcoꝝ ⁊ beſtiarū eſt ſer-
uare. Eſt eñi ꝓuerbiū vulgare. Semel
ſumere cibū/ eſt diuinū: bis humanū:
ter ⁊ vltra beſtiarū. Septima eſt noua
⁊ incōſucta ſumere. Hec eſt eñ cauſa
quare ſm ſuā periodū beſtie diuti⁹ vi-
uunt ꝙ homines quidā viuant: quorū
periodus id eſt ſpaciū vite eſt ſm pš.
pš. 89. in ipſis ſeptuagita anni. Si aūt in po
tentatibus octuagita anni: ampli⁹ eo
rum labor et dolor. Quia hoīes ꝗdaz
noua ⁊ incōſueta ſumūt cibaria. beſtie
vero ſemꝑ fere eadē. vt vacca fenum.
Unde eccl. x. Omnis potētatus bre-
uis vita. Octaua eſt qñ homo multis
⁊ variis ferculis ⁊ potibus vult vti/ nō
ad ſuſtentādū naturā: ſed ad irritan-
dum gulā. ſic feciſſe videt Aſſuer⁹ rex
gentilis. Heſter ꝑmo. de quo facto cō-
uiuio ſolēniſſimo dicitur. bibebāt qui
īuitati erāt aureis poculis: ⁊ aliis at-
qꝫ aliis vaſis ſibi inferebantur. Nona
eſt cum precioſa vel ſumptuoſa nimis
quis ꝓcurat/ non habēs reſpectū niſi
ad hoc ꝙ ſint magis ſaporoſa. ꝓpter
quod dñs videtur quinqꝫ milibus nō
rara/ ſed cōmunia in iſta terra in q̄ fue
runt ꝓcuraſſe. cū de quiqꝫ panib⁹ or-
deaceis ⁊ duob⁹ piſcib⁹ ſatiauit eos.
Non eñ legitur ꝙ potum vini dederit
carnes aut de pane triticeo. quia com
munibus cōmunia ſufficiūt: ⁊ pl⁹ nō-
5 nunꝙ proficiunt. ¶ Quo ad tertiū
principale dubitatur qñ gula peccatū
ſit mortale/ vel non? Rñ. ſm Tho. vbi
ſupra. Qñ homo tantū amat ⁊ deſide
rat delectationes in cibis: vt propter
eos conſequēdos deū contemnit pa-
ratus agere/ vel etiā agens contra di-
uina precepta/ vt huiuſmodi delecta-
tiones conſequatur: tunc eſt mortale
peccatū. quia preponit delectationem
huiuſmōi deo. Quādo vero ꝗs amat
huiuſmodi delectationes plus debito
citra tamē deū. quia licet amet ⁊ deſi-
deret plus debito huiuſmodi delecta-
tiones: tamen nequaꝙ vellet propter
eas agere contra legē dei: tunc eſt ve-
niale peccatū. ⁊ hoc vult Aug. in ſer-
mone de igne purgatorii vbi dič. quo
tiens aliquis in cibo aut potu plus ac
cipit ꝙ neceſſe ſit: ad minuta peccata
nouerit pertinere. Et hoc intelligit cū
propter amorē delectationis hoc con
tingit/ quā plus debito amat/ ſz citra
deum. Quando autē gula quo ad po
tum ſit mortale: patebit ſtatim. Ex p̄-
miſſis patet ꝙ gula eſt peccatum mor
tale: quando propter crapulā/ ieiunia
eccleſie/ vel miſſa in diebus dñicis vel
magnis ſeu precipuis feſtis negligi-
tur. Secūdo poſſet eſſe mortale: quā-
do cōſcīa alicui probabiliter dictaret/
ꝙ comedere vel bibere vltra talē men
ſuram eſſet deſtructio nature/ vel ſol-
uere ieiuniū tali die. ⁊ comedere tales
cibos/ eſſet contra preceptum eccleſie
vel ſcandaliſaret notabiliter proximū
Tertio poſſet eſſe mortale quādo ꝗs
comederet vel biberet ſine diſpēſatio
ne vel neceſſitate cōtra illud quod vo-
uit. Patēt iſta. qr in oībus iſtis hō pa
rat⁹ eſt facere ꝯ dei p̄ceptū ꝓpt gulā.

¶ Capitulū ſextum. De ſobrietate ⁊ ebrietate: et filiabus gule.

Dictum eſt in precedē
tib⁹ de vna ſpecie tē-
perantie/ videlicz de
parſimonia ſeu fruga
litate que eſt modera
ta ſumptio vel ſubtra
ctio cibi ſm rectā ra-
tionem: iam dicendū eſt de alia ſpecie

vicȝ de ſobrietate: que eſt virtus diſpo
nens hominē ad habendū ſe bene cir
ca vſum potus iebriare valentis. de q̄
tria tangētur. Primo ꝙ neceſſaria ſit
ſobrietas. ⁊ quid ſit vicium ſibi oppo=
ſitum/ ſcȝ ebrietas. Secūdo de filiabꝰ
gule. Tertio de remedijs videbit̄ gu=
le tā quo ad parſimoniā/ ꝙ quo ad ſo=
A brietatem. ¶ Quantū ad primum
notandū ꝙ ſobrietas eſt virtus incli=
nans habentē/ vt dictū eſt: vt vtat̄ po=
tu temperate in qualitate/ in quanti=
tate/ ⁊ ſic de alijs. vt dictum fuit in pri
mo et ſecūdo notabili precedentis ca
pituli. Et eſt virtus multū neceſſaria.
eo ꝙ vſus moderatus huiuſmodi/ ma
xime vini plurimū confert corpori et
anime. Et modicus exceſſus multum
nocet. quia ſua fumoſitate turbat ca=
put et īpedit vſum rationis magis ꝙ
exceſſus cibi. Unde eccl'ia. xxxi. Equa
vita hoīs/ vinum in ſobrietate potatū
Et ibidem. Exultatio anime et cordis
B vinū moderate potatum. ¶ Secūdo
notandū ꝙ ad moderate ſumendū po
tum quinqȝ exempla inducunt. Pri=
mo abſtinentia eorū qui fuerūt ⁊ ſunt
extra fidem catholicā. Nam ſarrace=
ni ſm̄ ſuam legē perpetuo abſtinēt a
vino. Item hiere. xxxv. rechabite ī ve
teri lege nunꝙ bibebāt vinum. Item
tertio illud quod dicitur Numeri. vi.
Nazarei tempore conſecrationis ſue
non bibebant vinum/ vel aliud quod
inebriare poſſet. Quarto narrant hy
ſtorie ꝙ Karolus magnus non bibe=
bat niſi ter in menſa. Similit̄ quīto le
gitur ꝙ Ludouicus rex francorum in
vaſe ex quo bibit: habuit tēpore hum
berti ſignū vſqȝ ad quod ei miniſtra=
batur vinū: ⁊ reſiduū totum impleba
tur aqua. Si tales gētiles/ iudei/ ⁊ re=
ges moderate biberūt: quāta verecū=
dia eſt ſimplices chriſtianos ī potu ex
C cedere? ¶ Tertio notandū ꝙ vinum
multa mala facit abutētibus. Primo
īcitat ad libidinē. ꝓuer. xx. Luxurio=
ſa res vinū: ⁊ ſic cōtinentiam deſtruit.
Scđo facit turbationē ad alios. q꞉ au
daciam generat. Eccl'. xxxi. Uinū mul

tū potatum irritatōem facit. Et ſic pa
ceȝ tollit ⁊ amicitiā. Tertio facit blaſ=
phemare. Unde ſup illđ. i. cor. x. Si=
ue comedatis/ ſiue bibatis: dicit glo.
Si vinolētia te īgurgites: quaſcunqȝ
laudes lingua ſonet/ vita blaſphemat
⁊ ſic dei laudē tollit. Quarto facit fa=
tue loq̄. iij. Eſdre. iiij. homines facit fa
tue loqui: ⁊ ſic tollit linguā diſciplina
tam. Quinto vinū incitat ad vanā le=
titiam. iij. eſdre. iiij. Omnē mentē con=
uertit in ſecuritatē ⁊ iocunditatē: ⁊ nō
meminit omnē triſtitiam. ⁊ ſic tollit lu
ctū: qui eſt quedā beatitudo vie. Sex=
to obſcurat intellectū. Eccl'. i. dic̄ Sa=
lomon. et animā meā melius trāſfer=
rem ad ſapientiā: cogitaui a vino ab=
ſtrahere animā meā. ſicut etiā Dañ. i.
⁊ Dañ. x. Daniel idem fecit. ⁊ ſic tollit
deuotionē. Septimo apoſtatare facit
interdū ad litteram religioſos/ et non
perſeuerare. Unde eccl'. xix. vinū apo
ſtatare facit. ⁊ ſic tollit perſeuerantiā.
¶ Quarto notandū ꝙ circa potū vi= D
ni multa contigunt reprehēſibilia. pri
mo in quātitate. Ideo. i. thi. v. modico
vtere vino. Berñ. Si tñ vobis placet
auctoritas apl'i de bibendo vino/ obſe
cro: ne tradatis obliuioni ꝙ dicit mo
dico. Scđo in numero ⁊ varietate vino
rum. Nam in nobiliſſimo cōuiuio qđ
apud gentiles legitur habitū fuiſſe he
ſter. i. non legit̄ ꝙ diuerſa vina fuerīt
miniſtrata: ſed vinū abundans mini=
ſtrabatur ibi: nō vina. ibidem. i. Ter=
tio in qualitate precioſitatis. Unđ vox
peſſimorꝫ. Sapie. ij. dicit. vino precio=
ſo nos impleamus. Quarto in actio=
ne quo ad fortia vina. Eccl'. xxxi. ꝙ ſuf
ficiens eſt homini vinuȝ exiguū/ id eſt
debile. Quīto in tēporꝫ vicibus extra
ordinarie bibēdo/ peiores aſinis q̄ cer
tis vicibus adaquant̄. de his ꝓuerb.
xxiij. Cui ve. Nōne his qui morantur
in vino? Prefata omīa indecētia ſunt
in ſeculari. preſertī in muliere vel pue
ro/ peiora in clerico: ſed peſſima in re
ligioſo. Hec quidem de īmoderantia
vini ſumpti dicta ſunt/ que cōtingere
pñt in ebrijs/ et etiam in non ebrijs.

Sed ebrietas ſpeciale malū eſt ⁊ viciū
⁊ ſm tho. ſcda. ij. q. cl. capitur dupliciṫ
Uno modo prout dicit quendam defe
ctum hominis q̄ accidit ex multo vino
aut alio potu fumoſo potato. ex q̄ fit vt
homo nō ſit compos ratiōis. Iſto mo
do non eſt culpa cum nō ſit volūtaria.
Nemo eñ vult hmōi ebrietatem ſaltē
per ſe vel ſolam: ſed eſt defectus q̄dā
culpā conſequēs. Alio modo diċ actū
quo quis in hunc defectū icidit. vt eſt
īterior volitio potatiōis immoderate.
Aut eſt ipſamet exterior potatio imo-
derata ⁊ iebrians. Et poteſt iſta ebrie
tas ꝯtingere tripliciter. Primo ꝙ ho
mo neſciat potū eſſe imoderatū ⁊ in-
ebriare potētē. quia forte ignorat for-
titudinē vini. ⁊ credit ſe tanto indige-
re potu / ⁊ ſic inebriatur. ſicut de Noe
videtur eſſe factuȝ Gene. ix. Et hodie
contingere poſſet. vt ſi quis in itinere
peregrinādo multū fatigatus ⁊ cale-
factus / neſciens fortitudinē vini illi⁹
terre / biberet in quātitate quantū cre
deret ſe indigere. ⁊ tamen propter ni-
miā fortitudinē vini quam oīno igno
rat inebriatur aliqualiter. Similiter
contingere poſſet de aliquo ſimplici /
qui putaret ſe debile vinuȝ bibere: q̄d
tamē ſibi per induſtriā forti vino lim-
phatum eſſet / eo penitus ignorante. ⁊
ſic poteſt eſſe ebrietas ſine peccato: ꝑ-
cipue ſi nō ex aliqua negligētia homi
nis contigat. Scdo modo ſic ꝙ homo
percipiat eſſe imoderatū potum / non
tñ eſtimat ipſum iebriare potentem. ⁊
ſic eſſe pōt cū peccato veniali: eo mo-
do quo ſuperi⁹ dictū eſt de gula. Ter
tio modo poteſt cōtingere ꝙ aliq̄s tñ
percipiat potū eſſe imoderatū ⁊ iebri
antem: attamē magis vult ebrietateȝ
icurrere q̄ abſtinere. ⁊ ſic eſt peccatuȝ
mortale. quia talis volēs ⁊ ſciēs ꝓuat
ſe vſu rationis quod eſt optimū homi
nis: ⁊ ſine quo nec virtutes operatur /
nec vicia declinat. Et hoc vult auguſt.
in ſermone de purgatorio. vbi dicit ꝙ
ebrietas ſi ſit aſſidua eſt peccatū mor-
tale. nō intendens per hoc ꝙ ebrietas
fiat mortale per ſolā iterationē: ſȝ q̄do
quia nō poteſt eſſe ꝙ homo aſſidue le-
brietur: quin ſciens ⁊ volēs ebrietatē
incurrat: dum ſepe experiṫ fortitudi-
nem vini / ⁊ ſuam habilitatē ad ebrie-
tatem. ¶ Quo ad ſecundū principa E
le notandū ꝙ quiſq; ponit Greg. xxxi.
mora. filias que ex gule vicio generā-
tur. que etiam ſunt cauſe vel occaſio-
nes aliorū multoꝝ malorū corporis ⁊
anime. Prima eſt ebetudo ſenſus cir
ca itelligibilia. Acies eñ ratiōis obtū
ditur et ebetatur per imoderatā cibo
rum ⁊ potuū ſumptionem: propter fu
moſitates īde ſurgētes / ⁊ caput ꝑtur-
bantes. Nam ſicut feneſtra obſtructa
fumo obtenebratur: ſic itellectus cibis
⁊ potibus obſcuratur. Secūda eſt in-
epta letitia. Cū eñ per imoderantiaȝ
cibi et potus quaſi ſopitū eſt rationis
gubernaculū: tunc ſequitur vt pluri-
mū multe deordinationes in appeti-
tu / ⁊ male inordinate paſſiones. ⁊ ſpe
cialiter vaga quedaȝ letitia ⁊ inepta.
Tertia filia eſt multiloquiū. ꝑ quod i-
telligi poteſt inordinatio locutionis /
ſiue quo ad ſupfluitatem verboꝝ / ſiue
quo ad honeſtatē eorū. vtrūq; eñ oriṫ
ex iordinata ſumptiōe ciboꝝ ⁊ potuū.
Un̄ grego. in paſt. Niſi gule deditos
imoderata loquacitas caperet: diues
ille qui epulat⁹ quotidie ſplēdide dici
tur: in lingua grauius non arderet.
Quarta filia diciṫ ſcurrilitas / id eſt q̄
dā leuitas in exterioribus motibus ⁊
geſtibus. ſiue quedā iocularitas que
riſuȝ mouere ſolet. vt dicit glo. Ephe.
v. Unde dicit gre. omel. de diuite epu
lone. Prima male ꝯuiuātibus culpa
famulatur loquacitas. loquacitatē q;
ludendi ſequitur leuitas. Scribiṫ eñ.
Sedit populus manducare ⁊ bibere:
⁊ ſurrexit ludere. Quīta filia eſt imū-
dicia corporis que poteſt attēdi ſȝ ior
dinatā emiſſionē quarſicunq; ſupflui-
tatum ⁊ maxime ſeminis: aut per vo-
mitum. Sequitur etiā alia plura ma
la aīe ⁊ corporis ex gula. Primo aua
ricia. quia plura fercula volentes ha-
bere vel delicata victualia facilius co
nantur per fas ⁊ nefas acq̄rere tꝑalia

vnde Hiero. Delicie ⁊ epularū varietas auaricie fomēta ſunt. Secūdo ſequit̄ luxuria. vñ Hiero. quādiu eua in paradiſo abſtinuit: virgo fuit. Mox vt p̄ceptum abſtinētie violauit: corruptionem ſenſit. Tertio ira ⁊ inuidia. Vnde ij. Reg. xiij. Abſalon fecit cōuiuiū ⁊ interfecit fratrē ſuum Amnā / cū temulentus eſſet vino. Quarto per accidiam requiē preſtat demonib⁹. Ideo legio demonū dixit Marci. v. mitte nos in gregē porcoꝝ. quod dñs ꝑmiſit eis: in ſignū ꝙ guloſi ſunt (ſm glo.) demonū habitacula. Quīto grauat ſpiritum ⁊ ab omni deuotione deijcit. Unde Lu. xxi. Attendite ne grauētur corda vr̄a crapula ⁊ ebrietate. Crapula autē eſt cruda epula. qñ tātū de cibo ſumit̄: ꝙ calor naturalis nō ſufficit ad eius decoctionē. Sexto ſequitur corporis īfirmitas īmo infirmitates plures. Ideo Eccl̄. xxxvij. In multis em̄ eſcis erit īfirmitas. Septimo ſepe mors ſeq̄tur. Unde ibidē. propter crapulā multi perierunt.

F ❡ Quo ad tertiū principale notandū: ꝙ contra gulā ſunt plura remedia. Primū eſt ſermo diuin⁹. Hoc dat dñs Math. iiij. di. diabolo de gula temptāti. Nō in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo quod ꝓcedit de ore dei. Ad litterā eni frequēs ſpiritualis cibi ſtudiū: gulā reſtringit. Secundū eſt moderata occupatio. Unde ꝓuer. xxi. Deſideria occidūt pigrū: noluerūt em̄ quicꝙ manus eius opari: tota die cōcupiſcit ⁊ deſiderat. Ad litterā nāqꝫ aures ocioſi deſiderāt rumores: oculi vanitates: ⁊ os guloſa. Tertiū eſt elōgatio ab his que dant occaſionē excedendi in cibo ⁊ potu. ſicut ſunt delectabilitas / varietas / vel nimietas ciboꝝ. fugere em̄ in vicio gule ſicut luxurie: victorioſum eſt. vñ Gen. iij. dicit̄. Vidit mulier lignū quod bonū eſſet ad veſcēdum / ⁊ pulchrū oculis / aſpectuqꝫ delectabile: tulit de fructu illi⁹ ⁊ comedit. Quartū eſt cōſiderare frequēter qualis poſt mortē caro ſit futura. qđ docꝫ Greg. dicens. Nichil adeo valet ad domandū carnis deſideria: ſicut cogitare qualis ſit futura mortua. Quintū eſt meditatio eterne cene / quā non vel tarde guſtabūt: qui in prandio huius ſeculi ſe ſiliquis porcorū reficiūt. Sic etiā cenam auide guſtare neq̄t / qui in prādio ſe repleuit. vñ Math. v. Beati qui eſuriūt ⁊ ſitiūt iuſticiā: qm̄ ipi ſaturabūtur. Si bti qui eſuriūt: ergo beatiores qui ſaturabūtur. Sextū eſt cōſideratio maloꝝ que gula facit in ſcđo mēbro tactorū. Nā triplicē infert mortem. culpe / corporis / ⁊ eterne dānationis. vñ Job. vi. guſtare qs poterit qđ guſtatum affert mortē? Nā ſicut cū prudentiſſima menſura ſumitur medicina vel tiriaca: ſic ſumi debēt diſcretiſſime victualia. Septimū eſt cōſideratio penurie chriſti in ſe et membris ſuis. Treno. iij. Recordare paupertatis ⁊ trāſgreſſionis / ⁊ fellis ꝗ ad primū. Quis etiā quo ad alterū cogitare poſſet pauperū pro victu ſollicitudines / laboresqꝫ modicitates: et exiguitates quas patiuntur captiui: mendici: vidue: et dei amici? Octauum ⁊ optimū eſt dei gratia. Unde qui laborat hoc gule vicio: dꝫ orationibus inſtare. ideo Joh. iiij. Qui biberit ex aqua quā ego dabo ei nō ſitiet ieternū. ⁊ Heb. xiij. Optimū eſt gratia ſtabilire cor: non eſcis / q̄ nō profuerunt ambulātibus in eis.

❡ Capitulum ſeptimū. De abſtinentia et ieiunio.

F ¶ Verū quia hos effectus elemoſine potiſſime diuites negligunt ſepe: notandū ꝫ armacanū ſermone de epbia ꝙ tria ſunt genera hominū habentiū diuitias. Primi qui in vita ſua nichil poſt mortē in elemoſinam dandū ordinant: ⁊ in vita modicam elemoſinā aut nullam donāt / preuēti morte: aut alˀs prepediti citra mortale peccatum. Aliij ſunt qui in vita non dāt: ſed in vita ordinant vt elemoſine poſt eoꝝ mortem dētur. Tertij ſunt qui in vita dāt elemoſinas. Primi ſunt deſides. Secundi ſimplices. Tertij prudentes. De primis ⁊ tertijs ſciendū ꝙ vtilius eſt hoī: vt det quis denariū vnū in vita ſua / ꝙ vt totius mundi diuitie alterius ordinatione ſolū poſt eius mortē dentur pro eo in elemoſinaꝫ. quia pro vno denario dato ex caritate in vita: dans meretur vitā eternam vel ſpecialem gradum eſſentialis perpetui gaudij: teſte Math.x. vbi dicit xp̄s. Quicunqꝫ dederit potū vni ex minimis iſtiſ calicē aque frigide / tm̄ in nomīe diſcipuli: amen dico vobis nō perdet mercedem ſuā. Quanto ergo magis meretur qui amplius dat in noīe diſcipuli / id eſt ex caritate qua quiſqꝫ xp̄i diſcipulus efficitur. Per nullū autē bonū datum pro eo poſt mortē / alterius dono / etiam ſi mūdus daretur corporeˀ: poteſt defuncto mereri gradus perpetuus gaudij in vita eterna ſed tantūmodo diminutio purgatorij / aut eius totalis pene ablatio. quia ſm omnes doctores theologie / nullus poteſt alteri mereri excepto chriſto augmentum gratie / ⁊ per cōſequens glorie. ſed quilibet ſolum ſibi / lꝫ aliquis alteri mereri poſſit diminutionē pene. De ſtultitia ergo primoꝝ et ſecundoꝝ lꝫ minor ſit: dicit Salomō Eccl.iiii. Cōſideraui et repperi aliā vanitatem ſub ſole. Unˀ eſt: et ſcd̄m non habet: non filiū: nō fratrem. et tn̄ laborare nō ceſſat: nec ſatiātur oculi eiˀ diuitijs / nec recogitat dicens. Cui laboro: et defraudo animaꝫ meam bonis. De ſecūdis etiā pꝫ quō aīam ſuā defraudāt / cōparando actū donationis denarij in vita ⁊ ordinationis rerum poſt mortē. Nam virtus (vt dicit phus.ij.eth.) eſt circa difficile. Et regnū celorū vim patitur. Math.xi. et math.vij. Intrate p anguſtā portā. qꝛ lata porta et ſpacioſa eſt via que ducit ad pditionē: ⁊ multi ſunt qui intrant p eā. ꝙ anguſta porta et arta eſt via q̄ ducit ad vitam / ⁊ pauci ſunt q̄ īueniūt eā.

¶ Ex quo patꝫ ꝙ etiā meritum exigit actum difficilē / ſaltem ex parte operiſ. G Sed in ordinatione tue pecunie dāde poſt mortem: nichil eſt difficile tibi. Quid enī pateris cum poſt mortē primo diſtribuitur ꝓ te / quo neccīo velis nolis carebis? Datio autem volūtaria vniˀ denarij in vita / ſaltē aliquā moleſtiam tibi īfert: qꝛ amatū tradis. multum ergo aīam defraudat bonis q̄ ī vita dare potens: ordinat ṗmo poſt mortem dandū. Eſt tn̄ alterū meritoriū: ſꝫ tn̄ longe minus primo. Raro enī heredes ꝓpt̄ auariciā exequūt̄ fideliť ordinationē.

¶ Ca.iii. Quādo homo teneatur ad elemoſinā: et qn̄ non.

Videndū eſt nūc qn̄ teneamur dare elemoſinam / vel nō. Ubi ſciēdū ꝙ dare elemoſinaꝫ ſm Tho.ij.ſcd̄e. q̄ſti.xxxij. aliqn̄ eſt p̄ceptū aliquādo conſiliū: aliquando prohibitum. de quibus tribˀ videndū erit. ¶ Preceptū eſt ṗmo: qn̄ ꝓximˀ cōſtituťˀ ē in vrgente neceſſitate ⁊ periculo vite aut ğuis īfirmitatis. ⁊ iſte q̄ videt: ñ hꝫ tūc illā necc̄itatē / ſꝫ ſupfluū quo ad illā necc̄itatē: īdigēti tunc dare ⁊ ſm poſſibilitatē ſubuenire iſti in ſua neceſſitate in victu ⁊ veſtitu cadit ſub p̄cepto. vt cū quis occurrit in tali articulo ꝯſtitutus: ꝙ circa eū apparēt probabilia ſigna extreme neceſſitatis future / niſi ei ſubueniatur ſi H

tūc nullus apparet in promptu q̄ poſ=
ſit aut velit ei ſubuenire:tu teneriſ quā
tum tibi eſt poſſibile:de tuo dādo/aut
aliūde ordinando.qḋ ſi negligis:pec=
cas mortaliter contra preceptū de di=
lectiōe proximi.vñ Ambro.Paſce fa
me morientē:ſi nō paviſti occidiſti.ita
etiā de q̄lȝ alia neceſſitate ītelligēdū
eſt.ideo Baſi.Eſt panis famelici quē
tu tenes.tunica nudi quā ꝯſeruas.in=
digētis aurū vel argentū quod poſſi=
des.q̄circa tot iniuriaris:q̄t exhibere
valeres.Et addit Tho.di.xv. obligat
preceptū qñ apparent ſigna ꝓbabilia
extreme neceſſitatis future/niſi ei ſub
ueniatur.vt cū quis videt aliquos im
potentes/vel pigros ad ſubueniendū
ꝛ pauperem indigentē cibo ꝛ potu/et
alijs vite neceſſarijs/nec ſibi ſatiſface
re poſſe.nō eñ eſt expectanda vltima
neceſſitas.q2 forte nō poſſet iuuari na
tura/iam fame vel ſiti conſumpta. Di
cit eñ Criſoſt.ſuper Iob.nō opȝ pau=
perem vlulantē deceptorē vocare.Nō
autē dictorū eſt.quia caritas plus di=
ligit vitā ꝓximi q̄ oīa bona tp̄alia etiā
decentia ſtatū.Unde btūs Martinus
cū indecētia veſtitus ſui:veſtiuit pau=
perem.ꝛ hoc eſt preceptū Iohis bapti
ſte Luce.iij.Qui hȝ duas tunicas(qḋ
eſt de neceſſitate)det vnā nō habenti.
(quod eſt nature.)q2 extra paradiſuȝ
nō poteſt viuere nudus.Uidemꝰ etiaȝ
bruta naturalr̄ ſubuenire patiētibus
neceſſitatē.Unde gallina nutrit alie=
nos pullos.ꝛ catti quidā alienos fetꝰ
Sic etiā beatꝰ dñicus neceſſaria quo
ad ſtatū ſuū/et ſupflua quo ad pſonā:
libros/ꝛ omnē ſuppellectilē vendidit
propter famē pauperū placentie.Qḋ
q2 ꝛ epulo non fecit.de quo Luce.xvi.
B iccirco ſepultus eſt ī īferno. ¶Scḋo
elemoſinā dare eſt preceptū:qñ q̄s ha
bet ſupflua.Duplicia eñ ſunt tēpora
lia.quedā ſunt neceſſaria hoī.alia ſu=
perflua.Neceſſaria ſunt adhuc dupli
cia.Quedā ſimpliciter ſine quibꝰ ho=
mo eſſe nō poteſt:aut viuere.Alia ſunt
neceſſaria nō ſimpliciter/ſed ſine q̄bꝰ
cōuenientr vita trāſigi nō poteſt ſ3 ſta
tum ꝛ cōditionē perſone ꝓprie ꝛ alia=
rum perſonarū quarū cura ei incum=
bit.Et tūc q̄ vltra hec neceſſaria ſunt:
dicitur ſuperflua.Unḋ qñ quis taliā
hȝ ſuperflua:iſta ſm armicanū ſub p̄=
cepto tenetur diſtribuere in elemoſi=
nam pauperū/aut in alios pios vſus:
quod ſi quis non facit:tranſgreditur
mandatū dei/ꝛ peccat mortaliter. qḋ
patȝ.quia Luce.xi.dicit chriſtus.Qḋ
ſupereſt:date in elemoſinā/ꝛ ecce oīa
munda ſunt vobis.Et loquit̄ precepti
ue.Ideo chriſtus ad ignē eternū con
demnat eos qui eſurientes nō pauerūt
ꝛ ſitientes nō potauerūt/ꝛ ita de alijs
Math.xxv.qḋ non diceretur:niſi ele=
moſinā dare caderet ſub precepto. et
non de neceſſario niſi in caſu neceſſita
tis:igitur de ſupfluo.Idē vult beatus
Iohānes in.iij.ca.p̄me.vbi nō ſolum
affirmat:ſed etiā ꝓbat ꝙ qui in reſer=
uatione diuitiaꝝ ſupfluaꝝ claudūt vi=
ſcera pietatis neceſſitatē patiētibus/
peccant mortalr̄. quia dicit ꝙ caritas
dei nō manet in eis: eo ꝙ nō diligunt
proximū opere ꝛ veritate: ſed tñ ver=
bo ꝛ lingua.Item probat Tho.ij.ſcḋe
q.lxvi.idē ſic.ea que ſunt iuris huma
ni non poſſunt derogare iuri naturali
vel diuino.ſed ſm naturalē ordinē ex
diuina prouidētia inſtitutū/res īferio
res ſunt ordinate ad hoc vt ex eis ſub
ueniatur hoīm neceſſitati. Et ideo p
rerū diuiſionem et appropriationē de
iure humano procedentē nō impedit̄
quin hoīs neceſſitati ſit ſubueniendū
ex hmōi rebus.Et ideo res quas aliq̄
ſuperabundāter habēt/ex naturali iu
re debentur pauperum ſuſtentationi.
¶Item de iſtis qui ſupflua diuitiarū C
congregāt dicit Aug.li.de decem cor
dis.Seruat tibi pater tuus:ſeruas tu
filijs tuis.Seruant filij tui filijs ſuis:
ꝛ nullus eſt ſeruaturus preceptū dei.
Quare illi non ſeruas omia:qui te et
alios fecit ex nichilo?Neqȝ eñ meliꝰ
cōmittis patrimoniū tuū filijs tuis q̄
creatori tuo.Hec ille.veꝝ quia patres
dicunt ſe excuſando tēporalia ſe reti=
nere amore filioꝝ/ quibꝰ ꝓuidere vo

ſunt vbi tamē auaricia ſepe eſt in cauſa: iccirco ſubdit Aug. Amittat amator ſiue ſeruator diuitiarū filiū ſuum: tunc vtiq ſi proptẽ filiū ſeruabat/mittet poſt illū partem ſuam. quare illam tenet in ſeculo: et reliquit filiū ab animo? Redde illi quod ſuū eſt: redde illi quod ſeruabas: ſi ꝓpter ipſum ſic agebas: mortuus receſſit ad deū: pars illius detur pauperibus. Illi enī detur ad quē perrexit qui et dixit: quod vni ex minimis meis feciſtis: michi feciſtis. Uidete fratres: quia mendacium eſt quod hoīes dicunt/ ſcʒ filijs meis ſeruo. Quia auari ſunt hoīes: ideo diuitijs excecati ſic mētiūẜ. Hec de aug. Idem pʒ de patre/ qui ſi ī diuitijs filium aut filiam haberet qui reformate religionis locū intrare vellet: pater ei minus ꝙ alteri in ſeculo manēti daret de pecunijs. Nec de reſiduo elemoſinā faceret. Ex quo pʒ patris auaricia. Unde cōcludit armicanus vbi ſupra Baſili⁹ Criſoſt. Hiero. Aug. Ambro. Greg. et Bern. pre ceteris quantū ego ītelligo ex eoꝝ ſcriptura ſentētialiter tali argumēto vtunẜ. Quicqd eſt tibi ſuperfluū: in bonis pauperū computatur. Cū igitur ſuperfluū illud eis ſubtrahis: tūc ſubtrahis quod eis debetur. et per cōſequēs non eis irrogas ſolum iniuriā/ ſed etiā cōmittis rapinam. Et ſi ex illa cauſa moriūtur pauperes/ ſic ſubtrahēdo quod eis debeẜ

D eos occidis. ¶ Sed q̄riẜ Quid ſit ſupfluū? Rñ. ſʒ. eūdē armicanū ibidē. et pe. de pal. in. iiij. di. xv. et alios q̄ etiaʒ mitius loquūtur de ꝓpoſito. Supflua bona ſunt que nec neceſſaria ſunt pſone nec ſtatui/ nec perſone accōmoda: ad hoc vt pſone ſtatus et honeſtas ſeruetur. Ex quo pʒ ꝙ in hoīe ſunt quattuor cōſideranda/ quoꝝ quodlʒ aliqd requirit de diuitijs per que pōt quis rimari an et que habeat ſupflua. Primū eſt perſona ꝓpria quantū ad eius temporalē vitā/ cōplexionē/ ſenſus/ et oīa naturalia. vt hō cōſeruetẜ in conuenienti habitudine et in valitudine corporali/ q̄ ſufficit ei ad exercitiū operū ſpiritualiū aīe/ et etiā exercitiū corporaliū operum que ſibi ex officio/ ſtatu aut ſocietate eoꝝ cū quibus viuit neceſſario incūbunt facienda: neceſſaria ſunt ei aliqua tēporalia. vt cibus/ potus/ veſtis/ hoſpitiū et cetera hmōi: ſine quibus hec fieri nō poſſent. Et iſte diuitie ad hoc requiſite: dicūtur nec̄ia perſone. Et ad ſic conſeruandū pſonā in bona diſpoſitione naturaliū et cōuenienti valitudine vnus plus īdiget ꝙ alter. Aqua enī ruſtico ſufficit: q̄ ſola potata infirmaret diuitē aut debilem in ꝯplexiōe. Simplicia et modica veſtimēta ſufficerēt forti q̄ tñ nō ſufficerēt debili/ et ſic de alijs. Et qđ ſcđo eſt neceſſariū: ṗmo eſſʒ ſupfluū. et ſunt p̄fata nō ſolū intelligēda de neceſſarijs vni pſone ſoli: ſed de neceſſarijs pſone ṗncipali/ et oībus quoꝝ cura ſibi neceſſario incūbit. vt vxoris et filiorū/ et ſimiliū. Et notanter dicitẜ nec̄io incūbit: qꝛ nō eſt ſic de perſonis ſponte aſſumptꝫ ad pompā/ vel ad aliā ſupfluitatē. Ex quo pʒ iterū ꝙ vnus pluribus indiget quo ad hoc ꝙ alter. qꝛ habēs infirmā vxorē/ pl⁹ īdiget ꝙ hñs ſanā. ¶ Secundū in hoīe conſiderandū eſt honeſtas pſone que eſt excellentia pſone in aliquibus bonis/ que ei inſunt: ratiōe

E quorū redditur pſona honore digna. quia Tho. ij. ſcđe. q. cxlv. dicit/ honeſtum eſt aliqd ex hoc ꝙ eſt honore dignum. Unde ſm Iſido. honeſtas dicitur q̄ſi honoris ſtat⁹. Sʒ qꝛ honeſtas hominis maxime cōſideraẜ ſm virtutem et opera virtuoſa: ideo īter oīa hoīs bona virtutes reddunt eum magis honore dignū. Unde pħus. i. eth. dicit: ꝙ honor eſt premiū virtutis. Et in. iiij. In veritate ſoli boni ſunt honorādi. Ideo etiā honeſtas pſone maxīe eſt v̄tus pſone/ et opa eius bona. Uñ ſi nobilitas generꝫ et aliqua exteriora faciunt hominē excellētē/ aut honore dignū: hoc eſt ſolū in opiniōe hoīm errātium. aut inquātū iuuāt hoīem ad virtutū opa. Et dẜ notanter ꝙ vera honeſtas pſone ꝯſiſtit ī his q̄ faciūt vere honore dignū. vt ſūt v̄tutes ſciētie/ et opa

ſ

virtutum:quia honeſtatē perſone nō
faciunt multe diuitie/grandes fami=
lie/veſtes precioſe/apparatus mēſe/
domus glorioſe / ⁊ ſimilia exteriora:
ſed magis inhoneſtū faciunt:et ſigna
ſunt ſuperbie ⁊ auaricie inſatiabilis:
ſicut etiam iudicia virtutum eaſdem
F oſtēdunt. ¶ Tertiū in homine conſi
derandum eſt ſtatus eius ſeu officiū/
vel artificiū/vel alia habitudo ipſi⁹ ī
cōmunitate: qd̓ totū cōprehendit̄ ſub
ſtatu. Ad ſtatum autē ſepe multa re=
quirūt̄/q̄ officia taliū exigūt. Uñ ma=
giſter ciuiū plus indiget ceteris pari=
bus q̄ ſimplex ciuis: plus dux q̄ co=
mes: plus epiſcopus q̄ plebanus : et
ſic de aliis. Item mechanicus vn⁹ in=
diget de inſtrumētis ſue artis de ma
teria quā faciat/et de talibus. Uñ ad
hoc q̄ homo exequatur cōueniēter p=
tinentia ad ſtatū ſuū: neceſſaria ſunt
ſibi prefata vltra duo prima: et illa di
G cuntur neceſſaria ſtatui. ¶ Quar=
tum in homine conſiderandū eſt ho=
neſtas ſtatus. Et ſicut honeſtas perſo
ne p ea que dicta ſunt ſecundo mem=
bro non eſt grandis familia et huiuſ=
modi: ſic nec honeſtas ſtatus eſt hu=
iuſmodi: ſed eſt virtutes tali ſtatui de
bite/et factio operū tali ſtatui debito=
rum: et principaliter opera exteriora
rationi recte cōmenſurata: que hoī ra
tione ſtatus ſui vel officii facienda in=
cūbunt ad regimē alioꝝ ⁊ profectum
temporaliū ⁊ ſpiritualiū. Et ad cōſer=
uandū talem ſtatus honeſtatem: ſepe
vltra predicta tria que ſunt neceſſa=
ria/requirit̄ aliqualis familia: alique
veſtes/et aliqua huiuſmodi: et diuitie
ad hoc requiſite dicūtur honeſtati ſta
tus neceſſarie ⁊ accōmode. Et illa ne
ceſſaria ſunt differentia ſm differen=
tiam ſtatuū. Status eñ honeſtior plu
ra in talibus requirit. Et nota q̄ quā
to virtutes ad ſtatum ptinentes ſunt
excellentiores/et opera ad que homo
tenetur ratione ſtatus ſunt preſtātio=
ra: tanto ſtatus videbitur honeſtior.
Et ita ſtatus epiſcopi cui principalit̄
incūbit regimē oīm in dioceſi/ hone=
ſtior eſt q̄ ſtatus plebani/qui ſolū ſub
miniſtrationē quorundā habet. Ideo
etiam licite epiſcopus recipit vltra ne
ceſſitatem pſone ⁊ ſtatus aliquā famī
liam ⁊ veſtes/⁊ plures q̄ ſtatus pleba
ni. Et ſic de plebano reſpectu altari=
ſte. Et ducis reſpectu militis. Et mili
tis reſpectu ruſtici. Et ſic que epiſco=
po quantū eſt ex parte iſtius cōditio=
nis ſm rectam rōnem ſunt neceſſaria
in diuitiis: eſſent ſimplici plebano ſu
perflua/⁊ ecōuerſo. Debet tñ illud qd̓
impendit̄ ꝓ honeſtate ſtatus ⁊ pſone
eſſe moderatū: quia ſm Auguſti. li.i.
de ci. dei. De rōne honeſtatis eſt vſus
rerum modeſtus ⁊ recte rationis mo
deramine mēſuratus: q2 Auguſt. ibi=
dē exponit honeſte vti rebus ꝓ vti mo
deſte/ſobrie/tēperāter/et pie. Etiā ho
neſtas vtriuſq3/videlicet ſtatus ⁊ pſo
ne/paucis cōtentat̄. Curioſitati vero
pompe/⁊ varietati vtriuſq3 ſtatus to=
tum minus eſt: iſta omnia deuorant ⁊
pauperibus nichil relinquūt: ⁊ faciūt
q̄ multis diuerſis modis illicitis la=
borant: q̄mō cōgregent diuitias/ qui
bus ſupbias et voluptates ſuas nu=
triant et dilatent. Iſtis igit̄ quattuor
p̄fatis: ea tpalia q̄ reſultāt ex iſtis q̄=
druplicib⁹ neceſſariis/dicūtur neceſ=
ſaria hoī ad tranſigendū cōuenienter
vitam ſuam/ſm exigētiā ſtatus ſui/⁊
conditionē pſone ꝓpe/et alioꝝ q̄ꝝ cu
ra ſibi neceſſario incūbit. Et de iſti ne
ceſſariis loquit̄ aplus. i. thi. vi. di. Ha
bētes alimēta ⁊ q̄b⁹ tegamur his ꝯtē
ti ſimus. Et ſalomō ꝓuerb. xxx. dicit.
Dñe diuitias ⁊ mendicitatē ne dede=
ris michi: ſed tñ victui meo tribue ne
ceſſaria. Pro quibus ſm Auguſt. ad
ꝓbā/oramus. panē nr̄m quotidianū
da nobis hodie. ¶ Et hō q̄cq̄d ſup il H
la q̄ttuor h3: ſupfluū reputet ⁊ ī pios
vſus diſtribuat: q2 p̄ceptū eſt. Et dicit
Pe. de pal. diſ. xv. in. iiii. q̄ hñs talia
ſupflua: nō ſolū tenet̄ ſubuenire pau=
peri extremā pauptatē patiēti/ ſ3 etiā
patienti neceſſitatē in vite honeſtate.
Ratio eſt quia quil3 debet velle ex ca
ritate ꝓximo qd̓ ſibi. Uñ cōtra carita

tem faceret:ſi ſeipm̄ dehoneſtaret: eo
ꝙ crudelis eſt qui famam negligit:
ideo etiam contra caritatem proximi
facit:ſi eius honeſtati de ſic ſuperfluo
non ſubuenit. Ideo beatus nicolaus
vicino qui ſe dehoneſtare voluit pro=
ſtituēdo filias:ſubuenit. Exēplum de
latrone qui liberauit vxorē vni⁹ detē
ti de carcere ꝛc̄. Quis videret maior
neceſſitas vitandi pctm̄. Et in neemia
et eſdra quaſi de mortali reprehendū
tur iſraelite de hoc ꝙ fratres poſſide
bant in ſeruos ꝛ ancillas/dantes eis
victū ꝛ veſtitū:quia nō tenebant eos
ſm̄ decentiā ſtatus ſui/cū eēnt liberi
et non ſerui:et de ſupfluo quo eos te=
nebant ſeruos:poterant eos tenere vt
liberos:vel mutuando vt thobias fe=
cit gabelo de ſua abūdantia dando ꝓ
ximo:vel ad decēter filias ſuas mari
tandas ſicut fecit beat⁹ nicolaus ſm̄
I Pe.de pa. ¶ Verū cū mediū tēpe=
rantie non conſiſtat ī indiuiſibili/ſed
in latitudine q̄dā:nō opꝫ ꝙ punctua=
liter predicta neceſſaria ſciant. Sꝫ ex
empli gratia:ſi cētū floreni ſunt neceſ
ſarij preciſe ad quattuor prefata: ta=
men qui ſine dolo et ſm̄ rōnem rectā
et inueſtigationē diligentē centum et
duos florenos putaret neceſſarios: n̄
magna vis eſſet:quia punctuale me=
diū nō eſt neceſſarium ſcire. Ex q̄ patꝫ
q̄m̄lti ſunt iniuſti poſſeſſores tempo
raliū/fures/aut raptores:qui ſupflua
habēt.de quoꝝ numero fuit epulo di
ues:qui nō legitur illicita acq̄ſiſſe: et
tamē in inferno ſepultus fuit:quia ſu
perflua nō dedit. Predictis ſatis con
cordat Tho.ſecunda ſcḋe.q.xxxij.ar.
v.et addit ꝙ non oportet ꝙ diues vel
alter cōſideret ad oēs caſus qui poſ=
ſunt contingere in futurum. Hoc em̄
eſſet de craſtino cogitare:qḋ dn̄s ꝓhi
bet Math.vi.ſꝫ debet iudicari ſuper=
fluū ꝛ neceſſariū ſm̄ ea q̄ ꝓbabiliter ꝛ
vtplurimū occurrūt. Sed diceret ali=
quis diues. Cuilibet licet re ſua vti/ꝛ
eam rem retinere:ſed retinendo rem
ſuā aliq̄s/elemoſinam nō dabit. g̃ nō
eſt p̄ceptū dare elemoſinam. Rn̄.tho.
vbi ſupra. Bona temporalia que hoī
diuinitus conferunt/ei⁹ quidem ſunt
q̄tū ad ꝓprietatē. Sed q̄tū ad vſum
non ſolū debēt eē eius:ſed etiā alioꝝ
qui ex eis ſuſtentari poſſunt:ex eo qḋ
ei ſupfluit. Unde baſilius. Si fateris
ea diuinitus tibi ꝓueniſſe/ſcilꝫ bona
tp̄alia:an iniuſtus eſt deus inequalit
nobis diſtribuens? Cur tu abundas/
ille vero mendicat:niſi vt tu bone di=
ſpenſationis merita conſequaris:ille
vero patiētie meritis decoret? Eſt pa
nis famelici/quē tenes: nudi tunica/
quā in cōclaui ꝯſeruas/diſcalciati cal
ceus/q̄ penes te marceſcit. Indigētꝫ
argētū qḋ poſſides inhumatū: q̄cir=
ca tot iniuriaris quot dare vales. Hec
eſt xp̄i mens Luc.xvi.dicentis. facite
vobis amicos de mām̄ona iniq̄tatis:
vt cū defeceritis:recipiāt vos in eťna
tabernacula. Unde Augu. Oīa bona
ſua dedit deus duobus hominib⁹/di
uitibus terrena:pauperibus celeſtia.
Sed deus volens vtrūq; ſaluare:con
ſtituit/vt hic diuites in ſua hereditate
recipiāt pauperes:ꝛ pauperes eos in
ſua hereditate collocent:vt vterq; per
aliū collocetur. ¶ Eſt autē elemoſi= K
nam dare aliquando/ſm̄ Tho.ibidē:
peccatū ꝛ ꝓhibitū/videlꝫ de neceſſa=
rio certa dare. Ubi notat ꝙ neceſſariū
dicit aliquid dupliciter. Uno mō ſine
quo aliquid eſſe nō poteſt. De tali ne
ceſſario/omnino elemoſinā dare non
debet quis:puta ſi aliquis in neceſſi=
tatis articulo cōſtitutus haberet ſolū
vnde ſuſtentari poſſent filij ſui/et alij
ad eum pertinentes:de hoc enim ele
moſinam dare/eſſet ſibi et ſuis vitam
ſubtrahere. Sed hoc dico/niſi for=
te talis caſus īmineret:vt ſubtrahen=
do ſibi/daret alicui magne perſone/p
quam eccleſia vel reſpublica ſuſten=
taretur:quia pro talis perſone libera
tione/ſeipſum et ſuos laudabiliter
morti exponeret: cum bonum com=
mune ſit proprio preferendum. Un=
de.iij.Regum.xvij.cap̄. Uidua victui
ſuo et filij prepoſuit victum helie/di=
centis. Fac michi ſubcinericiū panē:

tibi autem et filio facies poſtea: lau=
dabiliter eñi preferre poterant vitam
helie/ qui currus fuit iſrael et auriga
eius: et morti ſe exponere. Et ſic patȝ
ꝙ etiam duo caſus ſunt in quibꝰ ele=
moſina eſt in prohibitione. Primus
ratione dantis: qui equaliter indiget
vel plus in ꝓpria pſona. Rō eſt quia
charitas ordinata incipit a ſeipō. Un
de eccle. xxx. miſerere aīe tue placens
deo. Scōs caſus qñ indiget pro ſuis:
Unde. i. thimo. v. Si quis ſuoꝝ ꝛ ma
xime domeſticoꝝ curam nō habet: fi=
dem negauit/ et eſt infideli deterior.
Unde Aug. Si quis vult filios exhe=
redare/ ꝛ eccleſiam inſtituere: aliū q̄=
rat ꝙ auguſt. ꝓ cōſilio. Et intelligitur
caſus: niſi alia rō vtilitatis publice cō
trariū ſuaderet: vt ſupra dictum eſt.
L ¶ Qñ vero elemoſinam dare ſit con
ſiliū/ ꝛ quando quis poteſt de neceſſa
rio elemoſinā dare: illō docet vbi ẛpus
tho. di. ꝙ ſcōo modo aliqd dr̄ neceſſa
riū ſine quo non poteſt cōuenientēr vi
ta tranſigi ſm cōditionē vel ſtatū per
ſone ꝓprie et aliaꝝ pſonarū quarum
cura ei incūbit: huiuſmodi neceſſarij
terminus non eſt in indiuiſibili conſti
tutus: ſȝ multis additis: nō poteſt di=
iudicari eē vltra tale neceſſariū. ꝛ mul
tis ſubtractis: adhuc remanet vñ poſ
ſit aliquis cōuenienter vitam tranſi=
gere ſm ſtatum propriū. De huiuſmo
di ergo elemoſinam dare eſt bonū: ꝛ non
cadit ſub precepto: ſed ſub cōſilio. In
ordinatū autem eēt ſi aliquis tātū ſi=
bi de bonis ꝓpiis ſubtraheret vt aliis
largiret/ ꝙ de reſiduo nō poſſet vitam
tranſigere cōuenienter ſm ꝓpriū ſta
tum et negocia occurrētia: nullꝰ eī in
cōuenienter viuere debet. Sed ab hoc
tria ſunt excipienda: quorum primuȝ
eſt quando aliquis ſtatum mutat: pu
ta p religionis ingreſſum: tūc eñi oīa
ſua largiēs ꝓpter xp̄m opus pfectio
nis facit ſe in alio ſtatu ponēdo. Se=
cūdo qñ ea q̄ ſibi ſubtrahit/ ꝛ ſi ſint ne
ceſſaria ad conuenientiā vite: tñ facili
ter reſarciri poſſunt/ vt nō ſequat ma
ximū incōueniens. Tertio qñ occurre
ret extrema neceſſitas alicuius priua
te pſone: vel etiam aliqua magna ne=
ceſſitas reipublice. In his eñi caſibꝰ
laudabiliter aliquis ꝑtermitteret id
qō ad decentiam ſui ſtatus ptinere vi
deret vt neceſſitati maiori ſubueniret
Hec tho. ¶ Secūdo pncipaliter ſci= M
endū qs dare poſſit elemoſinā? Rñ.
ſm oēs: ꝙ iſti qui habēt dominiū libe
rū tēporaliū/ vel āminiſtrationē taliū
et poteſtatē erogandi: vt religioſi qui
habent diſpenſationem a prelato ſibi
cōmiſſam/ dare poſſunt elemoſinā ſȝ
cōmiſſum vel preſumptū. Si vero nō
habēt diſpēſationē ſibi cōmiſſam: nō
poſſunt dare corporalem elemoſinaȝ
ſine licētia prelati expreſſa vel preſū=
pta: niſi in caſu neceſſitatis extreme.
Ratio dicti eſt: quia nichil habent ꝓ=
priū. Famuli etiam dñoꝝ non pñt da
re elemoſinā de rebus dñoꝝ ſuoꝝ/ ni=
ſi panem et ſupflua coquine: ꝛ huiuſ=
modi que nō inferunt ſenſibile nocu=
mentū: de quibus eis conſtat aut ve=
riſiliter pſumit ꝙ non diſpliceat do=
minis ſuis. Si eñi alias darent: tunc
contrectarent rem alienā inuito dño:
et ſic furtum cōmitterent. Filiusfami
lias quia ea que habet ſunt patris nō
poteſt dare elemoſinam niſi forte ali=
quam modicam/ de qua poteſt preſu=
mere ꝙ patri placeat/ niſi forte alicu
ius rei eēt ſibi cōmiſſa diſpēſatio a pa
tre. ¶ Uxor etiam non poteſt de om N
nibus ſibi ꝛ marito cōmunibus. Sed
ſm Tho. Ray. ꝛ Pe. de pal. pōt face
re elemoſinam ꝛ alienationem ſine li
centia viri in multis caſibus. Primo
ſi vxor habet res pafernales/ id eſt ꝓ
prias res ꝑter dotem vbi huiuſmodi
de conſuetudine locū habēt. Scōo ſi
ſit lucratiua: ita ꝙ exhibita debita gu
bernatione domus opibus ſuis lucra
tur: poteſt de illis elemoſinam dare.
Nec illud intelligit deducēdo expen
ſas victus ſui: quia vir tenet ad omīa
huiuſmodi onera ꝓpter dotem/ et ꝓ=
pter obſequiū ab vxore exhibitū. Ra
tio dicti eſt: quia talis mulier virago
eſt: ꝛ quaſi virilis. Tertio de rebus vi=

ri:vt de pane vino et huiuſmodi q̄ de
approbato more ſolent ad diſpēſatio
nem vxoris pertinere: poteſt et debet
dare elemoſinas/moderatas tamē et
ſm facultatē viri/ꝛ maiorē vel mino=
rem multitudinem et neceſſitatē pau
perū. Intellige etiam de rebus dota=
lib⁹: ꝛ ſi vir aliqn̄ ꝓhibeat prefata ver
bo: poteſt tn̄ ꝓbabiliter credere/ q̄ nō
intēdat omnino ꝓhibere elemoſinas
dare/ſed ſuꝑfluitatem: niſi apte con=
trariū appareret: tunc non tenet dare
niſi in articulo neceſſitatiſ. Quarto ſi
vxor ꝑegrinat/ ꝛ vir expēſas taxatas
dedit: ſi vult ſibi ſubtrahere pōt pau=
peribus dare. Quinto in extrema ne
ceſſitate: quia tunc oīa ſunt cōmunia.
Sexto poteſt alienationem rerum fa
cere ſine licentia viri/ad euitandū dā
nū viri. ſicut abigail. i. Reg. xxv. quia
mulier habet proprietatem in cōmu=
nibus bonis ſicut ꝛ vir. Unde ſi ꝑ ne=
gligentiā vel maliciā viri īmineat pe
riculū: poteſt ipa obuiare. Septimo ſi
vir ſit fatuus tunc eīn diſpenſatio. do
mus ꝑtinet ad vxorem/niſi aliter per
ſuperiorem fuerit ordinatū. Octauo
ſi vir abſens non poſuit diſpenſatorē
O domus ſue loco ſui. ❡ Sed qb⁹ dā=
da eſt elemoſina? Rn̄. ſm Ray. Ille q̄
poſſet dare omnibus indigētibus: ta
lis indiſtincte omnib⁹ indigentib⁹ da
re deberet: vt docet Chriſoſto. ſuꝑ epi
ſtolam ad hebre. Exēplo loth ꝛ abrae
qui qm̄ oēs indifferenter recipiebant
inter alios etiam angelos recipe me=
ruerūt. Si em̄ non omnes recepiſſent
forſitan et āgelos repuliſſent. In hoc
em̄ caſu addit Chriſoſto. Quieſcam⁹
ab hac ſurda ac diabolica ꝛ ꝑempto=
ria curioſitate/ſcꝫ diſcernēdi īter pau
perem ꝛ pauperē. Nō em̄ ex vita eoꝝ
quos recipis: mercedē tibi retributu=
rus eſt deus: ſed ex voluntate/ et ho=
norificētia multa/ex miſericordia ꝛ bo
nitate: imo ſm Grego. excōmunicato
danda eſſet elemoſina/et cuilꝫ mani=
feſte peccanti: niſi ex ſecuritate cibi vl
elemoſine/negligeret iuſticiam. In q̄
caſu dicit auguſti. vtilius panis eſuri
enti tollit/ſi de cibo ſecurus iuſticiam
negligat: q̄ eſurienti panis frangat/
vt iniuſticie ſeductus acquieſcat. In=
tellige tamen hoc: niſi talis eſuriret
ad mortem. Unde dicit pe. de pal. Ri
baldo panis/non pecunia danda eſt:
ne luxurietur. Iuſto ergo et ſctō dan=
da eſt elemoſina. Iuxta illud eccleſi.
xii. da miſericordi: ꝛ ne ſuſceperis pec
catorem niſi ſolum vt foueatur natu=
ra/non culpa. Propter decem enim
iuſtos olim peperciſſet de⁹ pētapo=
leos. Gen̄. xviii. Bona ergo bonis ſm
augu. creata ſunt: peccatori autē pane
dignus nō eſt quo veſcit. ❡ Propī P
quitas etiam ſm Auguſti. lib. i. de do
ctrina chriſtiana debet inſpici: quia il
li qui ſunt nobis magis coniuncti: q̄ſi
quadam ſorte nobis obueniūt vt eis
magis ꝓuidere debeamus. Utilitas
etiam inſpicienda eſt: que expectatur
a ꝑſona cui ſubuenitur vel ab eis da=
ta eſt. Predicatoribus nāq3 et prela=
tis ex debito ſubuenit. Unde ſacerdo
tibus et pbr̄is annona olim dabat de
publico: quia multitudo ſapientū: ſa/
nitas eſt orbis terrarū. Sapien̄. vi. Et
leuite etiam nutriebant de bonis cō=
munibus. vt ptꝫ Leuit. in multis lo=
cis. Magis autem predicatori ſubue
niendū eſt. Unde. i. Corinth. ix. nō alli
gabis os bouis triturantis. Ideo di=
cit tho. vbi prius in ſūma. q̄ circa hec
eſt diſcretionis ratio adhibenda: ſm
cōiūctionis differētiam/ ſanctitatis ꝛ
vtilitatis. ❡ Cui autē magis ſit dan Q
da elemoſina et plus bene faciendū
Dicit tho. in. iiii. vbi prius non eſt fa=
cile determinare ꝓpter multas diuer
ſitates boni et neceſſarii vt dicit phs
ix. ethi. Tn̄ hoc eſt tenendū q̄ ſemper
magis eſt reddendū debitū q̄ benefi=
ciū impendendū: vt ipe phs ibidē dicit
niſi ex parte altera aſſit maior boni=
tas vel neceſſitas et ideo parentibus
et propinquis et bn̄factoribus/ et eis
a quibus ſpūalia accipit: magis debꝫ
homo elemoſinam facere ſi indigeāt.
Et ceteris paribus melioribus magiſ
et magis indigentibus. Et ſic ſꝫ has

tres conditiones debet gradus in ele-
moſina conſtitui/ ſcꝫ ſm neceſſarium
honeſtū/ et debitum. Aſſignare autē
in ſingulis/quando vnū alteri prefe-
rat/eſt īpoſſibile:quia ſingulares cō-
ditiones/que attendende ſunt: ſunt ī
finite: ⁊ non cadunt ſub arte. De his
autem vnctio docet et prudentie con
R ſiliū. Hec tho. ¶ Tertio pncipaliter
videndum eſt de elemoſina ſpirituali
q̄ vt dicit Tho. in ſūma. vbi prius eſt
ſeptuplex. Et ſunt docere ignorantē/
cōtra defectū intellectus ſpeculatiui.
Cōſulere dubitanti/cōtra defectū in-
tellectus practici. Corrigere peccātē/
cōtra inordinatā volūtatē ꝓximi. Re
mittere offendenti/ inquātū ꝓximus
peccat in nos. Cōſolari triſtem/ cōtra
paſſionem appetitiue partis inter q̄s
maxima eſt triſtitia. Portare onero-
ſos et graues cōtra ſequelaꝫ peccati.
Ex inordinato enī actu grauant et cō
uiuentes etiā p̄ter peccātis intentio-
nem: ſm illud Ro. xv. debemus nos
firmiores infirmitates alioꝝ portare
Immo nō ſoluꝫ tales ſm qꝺ infirmi
ſunt graues ex inordinatis actibꝰ: ſꝫ
etiā quelibet eorū onera ſunt ſuppor-
tanda/ ſm illud Gal. vi. Alter alteriꝰ
onera portate. Vltimū eſt oratio/ per
quā poſcimus auxiliū a deo. Vñ Xſꝰ.
Conſule: caſtiga: remitte: ſolare: fer:
ora. Et ſub ly conſule/ comprehendit
doctrina et conſilium. Queritur autē
vtrum elemoſine ſpirituales ſint me-
liores q̄ corporales? Rñ. Tho. ibidē
ſimpliciter loquēdo ꝙ ſic. Primo ex
parte doni: quia illud quod exhibet ē
nobilius/ ſcilꝫ donū ſpūale qꝺ p̄emi-
net corporali. Secundo rōne eius cui
ſubuenitur: quia ſpiritus nobilior eſt
corpore. Vnde ſicut homo ſibiip̄i ma
gis debet prouidere quātū ad ſpm̄/ q̄
quātū ad corpus: ita etiā ꝓximo quē
debet tāq̄ ſeip̄m diligere. Tertio quā
tum ad ip̄os actus ꝑ quos ⁊ quibus
ſubuenitur ꝓximo: quia actus ſpūa-
les ſunt meliores corporalibus q̄ ſūt
S quodāmodo ſeruiles. ¶ Ex quibus
patet ꝙ ditiores ſunt predicatores et
docentes ſacram ſcripturam ex cōpaſ
ſione ꝓpter deum pure/ ⁊ quibus au
rum et argentum deeſt: quia de ſpiri-
tualibus operibus miſericordie plura
facere poſſunt. Vnde plus merentur
tales nobiles euangelici canes/ vlce-
ra lazari/ id eſt peccatoris ſanando: q̄
diues epulo mereri poterat micas dā
do. Et econuerſo plus peccat abſcon-
dens talentū dñi/ ſcilꝫ verbum dei q̄
diues negans micas temporalis ſub
ſtantie. Vnde eze. iij. Sanguinem eiꝰ
videlicet peccatoris de manu tua req̄
ram. Quando ergo medici viſitāt in-
firmos/ aut aduocati defendūt pupil
los: ⁊ doctores legum docent inſcios
q̄uis non ſit peccatum: tamen nō eſt
elemoſina ſi fit ꝓpt lucrum: quia nō
fit ex compaſſione et ꝓpter deum. Si
autem gratis hoc facerēt/ et ꝓpt deū
elemoſina eſſet/ non ſpiritualis: ſꝫ cor
poralis: quia ille ſciētie lucratiue ſūt
principaliter ꝓpter indigentias cor-
porales ſupplendas. Poſſent tamē
ſpirituales elemoſine comparari cor-
poralibꝰ ſꝫ aliquā particularē caſum
et tūc p̄ferri corpalis ſpūali. puta ma
gis paſcendus eēt fame mouēs: q̄ ꝓ
eo orādū. Sicut etiā ſm p̄hm Meliꝰ
eſt indigēti ditari q̄ philoſophari: q̄-
uis hoc ſimplicit ſit meliꝰ. ¶ Que- T
ritur etiā quō elemoſine ſint dande vt
fructuoſe dent? Rñ. p̄mo ſunt ex cha
ritate dande. i. Cor. xiij. Si diſtribue
ro in cibos pauperū omēs facultates
meas: charitatē autē nō habeā: nichil
michi ꝓdeſt/ ſcilꝫ ad eſſentiale p̄miū
in celo: lꝫ al's m̄ltipliciter ꝓſit. Scdo
dāde ſunt ex bona intentione nō ꝓpt
inanē gloriā: ſed tāq̄ deo: q: qꝺ vni ex
mīmis xp̄i fit: xp̄o fit. math. xxv. Vñ
math. vi. Cū facis elemoſinā: neſciat
ſiniſtra/ id eſt ſanis gl'ia q̄d faciat dex
tera tua/ id eſt recta intētio nō īpedia
tur ꝑ ſiniſtrā intentionē. Tertio vt or
dinate fiat primo tibi: ſecundo proxi-
mis: tertio alienis.

¶ Capitulum quartum De
furto et rebus inuentis.

De furto proprie dicto qđ directe contrariatur precepto ſeptimo tria ꝑncipaliter vidēda ſunt. Primo vbi expreſſe cōmittat̄ furtū vl' rapina/⁊ q̄t modis. Scđo vbi talia cōmittant̄ velate. Tertio quomodo in rebus inuentis.

A ¶ Quantum ad ꝑmū diffinit Ray.⁊ vl.in tractatu.iij. Furtum / qđ eſt contrectatio rei aliene mobilis corporalis:fraudaloſa inuito dño lucrifaciendi gratia vel ipſius rei:vel etiam vſus eius poſſeſſioniſve. Dicit̄ ꝑmo cōtrectatio:quia ſine ea nō eſt furtum ꝓpē licet interueniat voluntas/verbū/vel ſcriptura. Al's ſi cōcupiſcat quis res alienas illicite/ et ſine cōtrectatione: eſt tranſgreſſor alterius precepti : ſcꝫ nō ꝯcupiſces rē ꝓximi tui. Dr̄ rei aliene:q: nō cōmittit̄ furtū in re pleniſſime ꝓpria. Pleniſſime dico:q: ſi ali⁹ haberet ī re illa ius/puta creditor cui res eſt pignori obligata/ vt ꝯmodatarius/id eſt ille cui eſt aliquid cōmodatū:vel ſocius vel ſimilis pſona alia: ⁊ dñs furtiue ſurripiens alicui tali pſone furtū cōmitteret. Dr̄ mobilis corporalis:q: ī reb⁹ īmobilib⁹/vl' incorporalibus vt ſunt actiones et ſeruitutes/furtū nō cōmittit̄ : quia talia non poſſunt cōtrectari ꝓpter ſui īmenſitatem ⁊ incorporeitatem. Dicit̄ fraudulosa:quia ſi aliquis credebat rem eſſe ſuā/⁊ credebat ſibi licere rem ſuā ſurripere:nō cōmittit̄ furtum : lꝫ al's teneatur reſtituere ſi non fuit ſua: ⁊ idō ſi credebat ſe facere dño volente: non facit furtum:quia nō facit dolū. Dicitur inuito dño: quia ſi credebat dñm ꝑmiſſurū/et ſubeſt iuſta cauſa credendi:nō tenet̄. Si vero nō ſubeſt cā quare debebat credere: ꝺ hoc tenetur. Et dicit̄ dñs inuitus:etiam ſi videat rem auferri:q̄uis non cōtradicat. Si autē putat facere inuito domino / ⁊ tamen dominus vult : furtum quidem facit quantū ad intentionem/⁊ mortaliter peccat:ſed nō tenet̄ ad reſtitutionem: nec dñs poteſt petere/obſtāte ſibi ſua volūtate. Dicit̄ lucrifaciendi gratia: q: ſi quis alienā ancillā vel meretricē rapuerit vel celauerit/nō cauſa lucrifaciendi : ſed cā libidinis exercende: nō cōmittit furtum/licet alias grauit̄ peccet. Dr̄ ipi⁹ rei/vel vſus ei⁹ poſſeſſioniſve:q: nō ſolū cōmittit furtū qui rei dominiū vult lucrifacere ſic furtiue:ſed etiam qui vſum vel poſſeſſionē rei. Addit tho. ſecūda ſecūde.q.lxvi. ꝙ ſicut furtum cōmittitur in occulta acceptione rei aliene : ita ⁊ in occulta detentōne iniuſta.

¶ Eſt autem tam furtum q̄ rapina vt docet tho. vbi prius peccatum mortale:quia contra diuinū preceptum:vt patuit ſupra: ⁊ cōtra iuſtitiā/ qua vnicuiqꝫ reddendum eſt qđ ſuum eſt. Et contra charitatem de diligendo proximū:quia rapina et furto hūana ſocietas piret. Et tā furtū q̄ rapina aggrauat̄ ex circūſtātiis loci/tp̄is/⁊ pſone/⁊ ſiībus : vt ſi rē ſacram in loco ſacro aufert/ tunc eſt ſacrilegiuꝫ/aut alia ſpecies . Aut ſi debito tp̄e orōni/aufert alienā rem . Si etiā pſona dānificata paup fuerit ī ſe vel in ſuo ſtatu/aut in ſuis heredibus ex hoc ḡue dānū patiat̄. B

C ¶ Sed q̄reres. Eſt ne pctm̄ mortale ſi q̄s alīi furet̄ acū/vel pennā ad ſcribendū/vl' talem paruā rem? Rñ. ſm tho. vbi ꝑus. ꝙ in talibus reb⁹ minimis/hō cui aufert̄ res non reputat ſibi dānū inferri et ille q̄ accipit poteſt preſumere hoc nō eē ꝯtra ei⁹ volūtatē cui⁹ res eſt: ⁊ ſi eēt p̄ſens:ip̄e nō diſſētiret: ǵ ſi q̄s huiuſmodi res furtiue/id eſt alio neſciēte accipit:pōt excuſari a pctō mortali Si autem habeat animū furandi / et alteri inferēdi dānū:pōt ī talib⁹ minimis eē pctm̄ mortale:ſicˀ ⁊ ī ſola volūtate furādi eſt mortale:vbi etiā extrinſecus nullū nocumētū infert̄.

D ¶ Ex q̄bus ptꝫ ꝙ mltꝭ modis ꝯtra ſeptimū mādatū peccāt hoīes. Primo qñ q̄s rē alienā iniuſte aufert alteri:ignorante illo cui⁹ eſt/et eo inuito:ſic ꝙ ſi hoc cognoſceret:ſibi diſpliceret. Et non ſolū cōtra hoc ſeptimū preceptum peccat

ſed etiā tenetur reſtituere iniuſte abla
E tum. ¶ Sc̄do ſequitur ſm Tho.ꝙ ꝗ
rem ſuā apud aliū iniuſte detentā oc-
culte eriperet:peccaret quidē furti au
ferendo:nō q2 grauat illū qui detinet
nec tenet̄ ad reſtituēdū aliqd vl' ad re
compenſandū:ſed peccat ꝯ cōmunem
iuſticiā/dū ipſe vſurpat ſue rei iudiciū
iuris ordine ꝑtermiſſo. Et ideo tenet̄
deo ſatiſfacere/⁊ dare operā:vt ſi inde
ortū fuit ſcandalū ꝓximoꝝ/ꝙ illud ſe
detur. Sꝫ pe.aureoli quotl'.iij.q.xxi.
dicit ꝙ hec opinio videt̄ habereverita
tem in caſu in quo ꝑſona priuata pōt
per iudicē ſiue per ꝑſonā cōmunē ſatiſ
de facili recuperare rē ſuā. Sꝫ in caſu
vbi talis per iudicē nō poſſet rem ſuā
recupare bono modo/vel q2 iudex nō
eſt ꝑſens:q2 factū ad eius noticiā pue
nire nō poteſt:aut q2 iudex nō audet
īquirere:vel ille cuius res detinet̄ nō
audet aliū accuſare/vel alio mō conſi
mili:ī talꝰ caſu vnuſquiſq3 fit quaſi mi
niſter iudicis et executor legiſ:ita ꝙ rē
ſuam vel equiualēs accipe poteſt.nec
peccat in re accepta/nec in modo acci
piendi. Hec ille. Et ꝓbat per Aug. in
ep'la ad macedoniū ⁊ per rationē. eā-
dem opinionē Pe. de pal'. recitat/nec
eam īprobat. Tertio peccat cōtra ſe-
ptimū preceptū/ꝗ ꝓximo ſuo non no
cet in ſe/nec in re ſua/eā ſibi vſurpādo
⁊ retinēdo:ſed ſiue occulte ſiue mani-
feſte deſtruēdo ⁊ corrūpendo. vt ꝗ cō-
burit alteriꝰ domū/īterficit aīalia:aut
deſtruit agrū eius/⁊ ſiluā vaſtat. Quis
enī nichil de illa re apud euꝫ maneat:
tñ quia ꝓximū iniuſte dānificat: pec-
cat contra hoc ꝑceptū:⁊ tenet̄ damnū
recōpenſare. Quarto peccat ꝯtra hoc
preceptū qui hmōi damnū ꝓximo iniu
ſte illatum/ſibi nō recōpenſat quantū
pōt. quod vtiq3 tenet̄:niſi alter qui dā
nificatꝰ eſt ſibi illud volūtarie remit-
tat/aut ab eo habeat volūtariā dilatio
nem/aut impoſſibilitatē reſtituēdi/vl'
ſimilem excuſationē licitā. Ex quo pꝫ
rñſio ad quoſdā alios caſus. Anꝰ eſt:
quid ſi aliquis accipit equum vel aliā
rem accōmodatā vſq3 ad certum locū/
et ipſe vltra illum locū procedat cū il-
la re? Rñ. ſm Ray. ꝙ furtuꝫ cōmittit/
niſi in caſu qn ſcilicet credebat domi-
num nō fore inuitū ſi ſciret. Alius: ꝗd
ſi aliquis rem ſibi ad vtendū cōceſſam
alij cōmodauit? Rñdit Ray. ꝙ furtuꝫ
vtiq3 cōmittit. quia non erat ei cōceſſa
ad vſum iſtum. Alius caſus. vtrū cre-
ditor cōmittit furtum: ſi pignore ſibi
obligato vtatur? Reſpōdit Ray. ꝙ ſic.
In hoc autem caſu ⁊ ſimilibus/ſcꝫ cū
furtum cōmittitur in vſu rei: tenetur
fur ad eſtimationem huius rei/etiam
re ipſa domino reſtituta ſm Raymū.
⁊ Hoſtien. ¶ Quinto peccat contra F
hoc preceptū/qui vineā/agrum/ortū/
aut quodcunq3 aliud ſue culture com
miſſum/infideliter aut fallaciter colit
⁊ per hoc proximū ſuum dānificat. et
tenetur ad damni reſtitutionē. Idē in
telligendum puto de quolibet infide-
li ⁊ fraudulēto laboratore/ſcꝫ carpēta
tore/muratore/proximū damnificāte
iniuſte. Sexto peccat qui terminos a-
grorum ſuoꝝ/vinearū/ortorum/pra
torum/vel ſimiliū poſſeſſionū/ſciēter
dilatat in damnū proximi ſui/per hoc
aliquid ſibi de ſua poſſeſſione auferē-
do. et tenetur ad reſtitutionē: nō ſolū
ablati/ſed etiā fructuū quos inde pce
pit/⁊ quos percepiſſet dominus rei/ſi
eam poſſediſſet. deductis tamē expen
ſis factis pro fructibus ꝗrendis/con-
gregandis/⁊ cōſeruandis. ¶ Septi G
mo peccat iudex qui ex cupiditate/ti-
more/odio/amore/aut ex ꝗcunq3 alia
cauſa ſcienter male iudicat et ſenten-
tiat in damnū ꝓximi ſui. Et ſm Ray.
tenetur illi quē ſic iniuſte leſit ad om-
ne intereſſe. Siliter intelligēdum eſt
de illo/qui licꝫ ſit ignarus/⁊ ad talem
cauſam iudicandā īſufficiens:tñ pre-
ſumit eā iudicare ſine ꝯſilio alioꝝ ma
gis peritoꝝ ꝗ ſufficiētes reputati ſunt
Et ſic cōtingit eū ꝑ ignorantiā iniuſte
iudicare ⁊ proximū dānificare. Pec-
cat enī talis cōtra hoc preceptū iniuſte
iudicando:⁊ per hoc ledendo ꝓximū.
⁊ in foro cōſcientie tenet̄ leſo ad reſti-
tutionem. Eodēmodo dicēdum eſt de

ſilo qui ſufficiens fuit ad iudicādum:
ſed neglexit adhibere diligentiā debi
tam. quia non ſtudnit/ ꝛ vidit que ſtu=
dere ꝛ videre debuit. ꝛ ſic ex ſua negli
gētia male iudicauit in proximi leſio=
H nem. ¶ Octauo peccat aduocatus
aut procurator qui ſcienter defendit
cauſam iniuſtā vt dicit Tho. ij. ſcđe. q.
lxxij. quia ĩiuſtum eſt ꝛ illicitum ſcien
ter alicui cooperari ad malum facien
dum/ ſiue conſulendo/ ſiue adiuuādo/
ſiue qualitercunq̧ conſentiendo. Un=
de Ro. i. Digni ſunt morte: non ſoluꝫ
q̄ faciunt/ ſed ēt illi qui conſentiūt fa=
cientibus. Tenetur etiam ad reſtitu=
tionem eius damni/ quod cōtra iuſti=
tiam per eius auxiliū altera pars in=
currit. Si vero ĩ pͥncipio credidit cau=
ſam fore iuſtam ꝛ in proceſſu apparet
ſibi ĩiuſta: debet cauſam deſerere ſine
aduerſarij dāno: vt dicit Tho. vbi ſ͡us
Nono peccat aduocatus aut procura
tor/ ſi parti aduerſe cāꝫ bonā aufert/
et eam grauat aut dānificat in expen=
ſis/ aut impedit in executione iuſtitie
in hoc ꝙ petit dilatiōes ſupfluas/ aut
producit ſciēter falſa inſtrumēta/ aut
falſos aut corruptos teſtes/ aut iudi=
cat ſm falſas leges/ aut q̄ſcunq̧ fal=
ſas prohibitiones. Et ſm Ray. tenet̄
parti aduerſe quam ſic iniuſte leſit: ad
reſtitutionem omniū que per eius pa
I trocinium iniuſtū amiſit. ¶ Decimo
peccant qui cenſus ꝛ tallias cōſuetas
ꝛ theolonia/ vectigalia/ vngeltas/ ꝛ ſi=
milia iuſte inſtituta/ aut ab āntiqua cō=
ſuetudine cuius cōtrariū nō eſt in me=
moria introducta: non ſoluunt/ ſed in
toto vel in parte dominis fraudulen=
ter ſubtrahunt: ꝛ tenētur ad reſtitutio
nem. Undecimo qui plebano et alijs
ſubtrahunt aut eorū eccleſijs debita/
vt qui non ſoluunt decimas fideliter/
aut oblationes conſuetas/ aut alia hu
iuſmodi: ꝛ tenentur ad reſtitutionem.
Duodecimo famuli ꝛ famule qui bo=
na dominoꝝ aut dominaꝝ infideliter
diſpenſant alijs aut ſibiipſis iniſs do
minis appropriādo/ aut qui nimis la
te in proprios vſus talia aſſumūt/ vel
etiam qui de bonis dominoꝝ ſuorum
ipſis inuitis elemoſinas faciūt cōtra
ſuperius tradita. ¶ Tertiodecimo K
mulieres q̄ bona viroꝝ ſuorum furan
tur: aut ea maritis neſciētibus/ aut no
lentibus nimis ſumptuoſe conſumūt
in vſus ꝓprios/ vel etiam de ipſis bo=
nis virorū ſuorū elemoſinas faciūt cō
tra eorū expreſſam prohibitionē: et cō
tra ea q̄ ſupra de elemoſina tacta ſunt
Quartodecimo peccāt mlieres adul
terantes/ q̄ filios illegitimos nutriūt
ſub expenſis eoꝝ q̄ putātur patres ta
lium filioꝝ/ ꝛ nō ſunt. ꝛ ſic faciūt filios
ſuos illegitimos ſuccedere ad heredi
tatem legitimoꝝ: qui tn̄ ſoli ius hn̄t in
paternis bonis. Talis enī mulier tali
ter priuat legitimos vel maritū in bo=
nis ad vtrūq̧ vl' alteꝝ ꝑtinētibꝰ. Quĩ
todecio teſtamētarij q̄ elemoſinas aut
alia legata nō aſſignāt/ quibus ex te=
ſtamento aſſignanda ſunt/ ſcꝫ qui ſibi
retinent/ aut ꝓpria volūtate alijs do=
nant ꝙ illis quibus nolatim per teſta
torem ordinata fuerunt. Per hoc enī
iniuſte dānificant ꝓximū in re ſibi de=
bita. ꝛ tenentur ad reſtitutionem ei.
¶ Sextodecimo peccat ꝯtra ſeptimū L
preceptū etiam qui rapinā cōmiſit/ vi
delꝫ rem alienā iniuſte auferēdo alte=
ri vi vel violētia/ illo cuiꝰ res eſt ſcien
te ꝛ ĩuito. Et tenet̄ talis vltra reſtitue=
re quod alteri ſic abſtulit: etiā dānum
recompēſare qđ iniuſte intulit. Et illđ
eſt gn̄ale in oībus iniuſtis dānificato
ribus. Et notāter dictū eſt qui iniuſte.
quia ſi fieret auctoritate iudicis iuſte
iudicātis: talis occulta ꝛ manifeſta re
ceptio nec furtuꝫ foret/ nec rapina. qꝛ
nō ĩiuſta. Sicut ꝛ filij iſrahel deo iubē
te egyptioꝝ bona licite recepeꝛt. verū
tamē ſi talis ĩ publica auctoritate po=
ſitus auferret alteri res per violentiā
iniuſte talis peccaret ꝛ cōmitteret ra=
pinā. ꝛ teneret̄ ad reſtitutionē. Sic ēt
nec furtū cōmittit/ nec rapinā: qui au
fert furioſo occulte gladium ne occi=
dat: ꝛ nō iniuſte qꝛ nō in alteriꝰ nocu=
mentū. ¶ Decimoſeptimo peccant M
dn̄i q̄ a ſubditis ſuis per iniuſtas tal=

tias aut exactiões īdebitas/ſupflúas
et inconſuetas ſubditos ſuos grauāt:
et ab eis prefata exigunt. Sunt tñ ali
qui caſus ſm Ray. ⁊ Hoſti. in quibus
licitū eſt dñis vltra cēſuȝ debitū aliqđ
ſubſidiū moderatum exigere. Prim⁹
eſt pro defenſione patrie. vt cū patria
iniuſte ab hoſtibus īuaditur: tunc eñ
ſubditi non ſolum tenētur ſuas res ī-
partiri ſed etiam tenētur corporaliter
et totaliter iuuare ⁊ laborare. Secūd⁹
ſi domin⁹ vult ire in exercitum īdictū
ab eccleſia vel principe ꝯtra hereticos
vel paganos/nec ſufficit ad expenſas
poteſt a ſubditis petere ſubſidiū. Ter
tius ſi in bello ex pacto ſuo iuſto fue-
rit captus ab hoſtib⁹/⁊ non ſufficit ſe
redimere abſqꝫ damno graui. Quar-
tus ſi debeat filiam maritare/aut filiū
deſponſare. Et ſi aliqua alia cauſa ſi-
milis emergat (de quibus vide latius
in ſūmis) poteſt licite a ſubditis pete
re auxiliū/ſed moderatū. Si vero do-
minus extra tales ⁊ ſimiles rationa-
biles cauſas vltra conſuetum exigere
velit: tenereť ad reſtitutionē ſȝ Ray.
N ⁊ alios. ¶ Decimooctauo peccāt in-
terdum qui in contractu cōductionis
mercennariū de precio ſuo nō ſtatim
ſoluendo dānificant. Unde dicit alex.
de haľ. in ſūma. talis tenetur reſtitue-
re damnū. ⁊ etiam tantū quantū mer
cēnario nocuit. vñ Leui. xix. Non mo
rabitur opus mercennarij tui apud te
vſqꝫ ad mane/id eſt operis merces. et
Eccľ. xxxiiij. Qui defraudat mercedē
mercēnarij: ⁊ qui effundit ſanguinem
fratres ſunt. Et Jaco. v. dicit diuitib⁹
Ecce merces operarioꝝ veſtroꝝ que
fraudata eſt a vobis clamat. ⁊ clamor
eoꝝ ī aures dñi ſabaoth īntroiuit. Po
teſt autē ille cui preciū ſolui deberet:
multipliciter damnificari nō ſolutus.
Aut qꝛ tātū tenetur eadē nocte ſolue
re/aut alimoniā ⁊ alia neceſſaria eme
re/vel prīcipi obnoxiū fieri/aut aliud
hmōi incurrere propter carentiaȝ ſibi
O debite mercedis. ¶ Decimonono pec
cant q̄ defraudant dños aut ciuitates
in ſtewris licite impoſitis/ īmo īterdū

illicite per tyrannos extortis. Exēpli
gratia. domin⁹ alicuius ciuitatis ſibi
ſubdite/imponit ei aliquā exactioneȝ
iniuſtam: ſed rectores dicte cōmunita
tis pro ſe ⁊ cōmunitate/vt maius ma
lum euitent: promittunt eidem domi
no quandā pecunie ſummā: et ſtatuūt
quendam modū recipiēdi ſiue colligē
di dictam pecuniaȝ a ſingulis de illa
cōmunitate: imponendo cuilibet cer-
tam pecuniam ſoluendā: ſm multitu
dinem bonoꝝ ſuorum. Uel aliter. po
ſito etiaȝ ꝙ aliquis ciuiū dictam ſum-
mā pecunie/vel ſimul/vel per partes
promittēs ſoluere dicto modo recipi-
at ad firmam pecuniā impoſitam cō-
munitati dicto modo colligendā/ de-
mum poſito ꝙ aliqui de dicta cōmu-
nitate exiſtimantes huiuſmōi exactio
nem iniuſtam/et ideo non ſoluendam
niſi per violentiam et coactionem ali-
quam pecunie ſummā eis impoſitam
clam vel occulte retineant. Querit er
go Gofredus quotli. vij. q. xv. Utrum
ſic retinentes illud quod ē impoſituȝ
eis: teneantur illud reſtituere: et hoc
illi qui recipit dictam collectam ad fir
mam? Rñdet. debitū ē vt vnuſquiſqꝫ
tanꝙ pars tribuat ad cōmune bonuȝ
conſeruandū ſuam portionem. Sicut
etiam quiſqꝫ pro ſalute propria teneť
dare tyranno bona exteriora/vel per-
dere ꝑus ꝙ permittat ſe perimi ab eo
dem. Et bene ſtant ſimul in propoſito
caſu/⁊ in alio: ꝙ aliquid iniuſte ab ali-
quo recipitur/⁊ tñ iuſte poteſt ab alijs
exigi. vt ſi domin⁹ a tyrāno capitur ſi
captus ſine ſubditoꝝ bonis redimē
non pōt/⁊ tamen tyrannus iniuſte ꝓ-
cium recipit ⁊ reſtituere tenetur: ⁊ ſub
diti bñ faciūt dñm liberando. Sic eſt
in ꝓpoſito: vbi omnes de cōmunitate
ſunt ſicut vnū corpus et rectores com
munitatis qñ rationabiliter ſubditis
aliquid ſoluendū imponūt/ tenentur
ſoluere/alʼs cōmunitatem defraudāt. P
¶ Uiceſimo peccant qui ſcienter tra-
dunt hoīb⁹ malas pecunias/vľ alias
res ꝓ bonis: poſtꝙ ab alijs ſic ad ip-
ſos peruenerunt. tales eñ nec dāt pre

cium iuſtū/nec fideliter agunt/nec bñ
intendunt.ſed hoc quo ad pecuniā p̄-
cipue itelligendū ē:qñ datur pecunia
que ē falſificatio monete cōis.Secus
ſi non eſſet falſificata moneta: ſed in
vno groſſo plus de argento a caſu/ꝙ
Q in alio/ꝛ minus de cupro. ¶ Viceſi-
moprimo peccant ſm plures qui me-
liores denarios eligūt de moneta nō
pure argētea/ꝛ reſoluunt in argentū/
vł vēdunt precioſius/ꝛ leuiores eque
care vendunt.Patꝫ quia tunc mone
tam reddūt minus acceptam.et tales
faciunt interdum librā denarioꝝ ita
leuē ſicut preciſores monete:quod ta
men omnino illicitum ē.ergo nocent
cōmunitati eadem ratione interdum.
ſicut iſti de quibus prouer.xi.dicitur.
Qui frumenta abſcōdit:maledicetur
R in populis. ¶ Secūdo principaliter
videndū eſt de palliatis furtis ꝛ rapi-
nis.de quib⁹ eſt p̄ma rła magr̄i Ma-
thei.li.de cōtractibus.Quicūqꝫ exhi-
bet ſe qualē ſcit ſe nō eſſe/ cui propter
hoc principaliter ꝙ creditur eſſe talis
qualē ſe exhibet datur/mutuatur/ven
ditur:vel fit aliquid boni quod nō da-
retur aut fieret ſi ſciret nō eſſe talis:il
lud ipſe iiuſte pcipit/ꝛ ad reſtitutionē
tenetur:niſi ſibi aliunde cōpetat de iu
re.vel ipſe probabiliter ignoret ꝙ hac
ratione ſibi detur vel fiat.Patent iſta
quia ſi non debetur alꝰs de iure:ꝛ non
datur ſibi voluntarie/īmo inuolūtarie
quia ex ignorātia cuius ipſe eſt cauſa
per ſuam falſam exhibitionē ꝛ ſimula
tionem: ſequitur ꝙ ipſe fraudulenter
recipiat.Si iuxta hanc regulā diſcute
rent ſe hoīes:o ꝙ multi īuenirēt ſe īiu
ſtiſſimos occupatores:qui de diuitijs
ſuis gloriātur/ꝛ aſpernātur ceteros vt
malos.Primo eñ principes qui ha-
bent defendere terrā ꝛ ſubditos/eiſqꝫ
prouidere de iuſtitia/ad que cōtribu-
tione ſubditoꝝ quaſi precio conducti
ſunt.de quanto defenſionem debitam
ꝛ iuſtitiam negligunt:de tanto contri
butionem iiuſte recipiūt. Secūdo idē
iudicium eſt de his qui ſe clericos ver
bo dicunt/vel habitu/vel officio exte-
riori oſtendūt:et nō ſunt tales quales
ratione clericatus eſſe deberent. Ex q̄
eñ ille quem ep̄s nō acceptauit et or-
dinauit in clericū/iniuſte recipit bñfi-
cia eccleſiaſtica/ꝛ fructus eoꝝ.quō il-
le corā deo iuſte recipiet/quē de⁹ nūꝙ
in clericū acceptauit? Quō autē ē cre
dibile ꝙ deus illū vnꝙ in clericū acce-
ptauerit:qui nunꝙ vt clericus viuere
vel vt talis deo ſeruire propoſuit? Sꝫ
ſi aliquid de his q̄ ad clericū pertinēt
aſſumpſit aut facit: hoc principaliter
ideo facit/vt per hoc faciliter reddit⁹
ꝛ pecunias poſſit obtinere.ꝛ per illas
ſeculares habere honores/cōuiuia/lu
xurias/ꝛ vanitates ſeculi exercere.Et
ſi aliqñ bonū propoſitū habet/et ꝓtūc
iure percipit:nōne etiā tunc qñ mutat
propoſitū/ꝛ opere contrariū iplet:ite-
rum percipiendi ius perdidit? Tertio
ſimiliter eſt iudicādū de religioſis ha
bitu/ꝛ irreligioſe viuētibus.Quis eñ
credit(puto aūt ꝙ nec ip̄imet credere
pñt)hoīes iō eis bona dare/ cōſtruere
monaſteria/ elemoſinas ꝛ oblationes
porrigere:vt īde ꝛ de talib⁹ ꝯ deū ꝛ re
gulā viuāt? Cū ergo ipſi ſolū ſub p̄tex
tu hmōi ꝛ colore petāt ꝛ recipiāt ꝛ hoc
ītuitu eis detē:vt vicꝫ ſꝫ ſtatū aſſūptuꝫ
deo ſeruiāt ꝛ viuāt:ipſi nō hñt ius con
uertendi data in aliud maxīe cōtrariū
ꝙ ad id ad quod data ſunt ꝛ ipſi rece-
perunt.Ꝙcito ergo quiſpiā religioſoꝝ
ſciēter contra ea facit/que ad ſtatū re-
ligioſum de neceſſitate ſalutis perti-
nent:iniuſte percipit ꝛ abutitur oībus
monaſterio donatis/etiaꝫ pane vł ha
bitatione:niſi mutet intentionē/ꝛ velit
eis vti ſicut debet:ad reſtitutionē tene
tur. ¶ Quarto cōformiter poteſt di- S
ci ꝙ qui ſciēter conātur/vt res q̄cunqꝫ
venałe melior appareat ꝙ ē bona:quā
emptor ꝓpē hoc emit p̄īcipalr̄:q: ta
lem credebat eā eſſe quał apparebat
cōmuni iudicio:tātū tenenē reſtituere
quātū recipiūt vltra verū eius valorē.
Et ſi reddaē eis res eoꝝ itegra:totum
preciū reddere tenebūtur.quia nō fie-
bat emptio niſi pro tali re qualis ſm
iudicium cōmune apparebat. Siliter

ſentiendū eſt de his qui rem bonā et venalē oſtendūt vt vinū clarū et ſapidū in vitro: et poſtea turbidū vel alīs malū vaſis vinū infundūt. Hec de ꝓfato matheo. ¶ Quinto ſm ꝓdicta iniuſte agunt mercatores/ vel alij/ q̄ accōmodant pecunias ab aliīs: et vt decipiant/ veſtes et apparatus habēt precioſos vt eis credat̄: cū tn̄ ꝓbabiliter ſoluere debita nō itēdūt vel nequeāt.

vel ad vtilitatē hominū. In qua tamē
etiā laus dei intēdēda eſt.Si ergo or=
dinaꝪ iſta res īmediate ad laudē dei:
manifeſtū eſt ꝙ in pios vſus conuerti
tur cū pietas ſit cultus dei ſm Augu.
Si aūt ad vtilitatē hoīm rationabiliꝪ
ordinatur:cū nulli debeaꝪ de iure/pla
num eſt ꝙ cui datur:daꝪ ex mīa et pie
tate.⁊ ſic iterū in pios vſus conuertiꝪ.
Sed quereret aliquis ex quo res iſta
dȝ in pios vſus conuerti:vtrū hoc ſpe=
ctet ad petrū vel paulū vel ad aliquē
alium:Rñdeꝫ ꝙ vterqȝ eorū debet ad
hoc conari.quia quilȝ eoꝝ eſt cauſa ꝙ
res ſic cōuertenda eſt.⁊ ꝓpterea etiaȝ
vterqȝ eorū debet facere diligentiā/ et
impedire ne aliter cōuertatur. Vnō ſi
paulus timet ꝙ petrus nō ſic conuer=
tat:debet quantū de iure poteſt proui
dere ꝙ nō veniat ad manus eius.noti
ficando vicȝ ſuperiori ad quem ꝑtinet
diſpoſitio/vel ponēdo ad manus com
munes/vel ꝓcurando arreſtationem/
vel aliquo alio mō iuſto aut benigno.
Similiter dȝ facere petr⁹ ne res veni=
at in manus pauli/ſi cōformiter timet
de ipſo. Si vero null⁹ talis iuridicus
modus locū haberet:qꝛ tñ paulus pa
ctum fecit ſe daturum petro ſi plueret
hodie.tunc ex quo pluit: videꝪ ſecuri⁹
ꝙ det vel dimittat petro poſſeſſionem
rei ꝙ̄ ꝙ ſibi reſeruet.Pacta eñ ſeruā
da ſunt quantū poſſunt ſine pctō/ma=
xime qñ dubiū eſt quō petrus rē ꝯuer
tat.quia tūc ꝓſumendū eſt de bono.vł
quādo nō pōt iuridico vł benigno mō
indebitā conuerſionē rei quā perdidit
impedire.Nō eñ videtur ꝙ paul⁹ ad
impediendam illā conuerſionē rei īde
bitam etiam ſi veriſimilr timeat de ea:
debeat ſe ꝑiculo exponere/vel pugna
re/aut ſe ponere ad ſcandalū vulgare
vt noteꝪ de nō obſeruatiōe pacti/men
dacio/vel falſitate:niſi ſi et quantū ali
quod iſtorū de iure debitūȝ eſt/vel ſm
iuſtitiam expedit. ¶Septimū ē ꝙ oc S
caſione ludi nichil oīno poteſt de alie
na re recipi vel teneri de iure:niſi ꝙtū
preſumitur de voluntaria perdētis da
tione/etiaȝ ſi non perderet. Sic eñ fit
īter amicos:ꝙ aliquādo ſine ludo pl⁹
dant ꝙ̄ per ludū amittāt.Et ideo qui
ludunt in ſolatio pro eſibilibus vel po
tabilibus/vel aliis rebus: tanto ſecu=
rius ſumſit acquiſita quāto verius ꝓ=
ſumunt ꝑdentes volūtarios ad dādū
ex amicitia etiā ſine ludo.igitur ſe nō
lucrum/ſed ſolatiū de victoria intēde=
re.De tāto vero īſecuriores:de quāto
illos inuite dare intelligunt/vel ſe lu
crum vt lucrum intendiſſe. ¶Sȝ q̄= T

reres poſſunt ne in aliquo caſu perdē tes in ludo de iure perdita repetere? Rñdit ꝙ ſic. Nam quando furioſi/mi nor annis maxime pupilli/mente ca- pti/ſurdi/ceci/muti/ et morbo ꝑpetuo laborantes. ſerui/religioſi/filijfamili- as qui nichil habent niſi a patre. vxo- res que nō habent paſernalia: ꝑdunt aliquid ludo: illa iure poſſūt repeti et debēt reſtitui vel illis/vel eorum tuto ribus/ curatoribus/ dominis/ mona- ſterijs/patrib⁹ aut maritis. Idem de- bet fieri: ſi ādminiſtrator rerū eccl'iaſti carum de rebus eccleſie aliquid ludo ꝑdidiſſet. Silr repetere poſſȝ et reddi deberet: ſi aliqs fuite ludēdo/ ⁊ ad lu- dū coact⁹ aliqd ꝑdidiſſet. Cōformiter crederē repeti poſſe/et reddi debere ſi qs ſolū cōſenſiſſet in ſimplicē ⁊ planū ludū ⁊ ali⁹ ꝑ falſitatē quā iſte nō agno ſceret/lucraret. ludens eñ taliter non iuſte ꝑdit rem ſuam: niſi ꝑ ꝯſenſum in illud mediante quo perdit: vt patuit. Ille aūt de quo hic dicitur non cōſen- ſit in fallaciā/per quā lucrans obtinet

B qd intendit. ¶ Quantū ad ſcdm prin cipale notandum ꝙ ad deteſtationem ludi tria faciunt. Prio multitudo pec catorū que in ludo accidere poſſunt. Primū cupiditas. que ſꝫ apl'm. i. thi. vi. eſt radix omniū malorū. Nec ē ibi quecunqȝ cupiditas: ſed rapina. Vult eñ proximū ſpoliare rebus ſuis. Se- cundum eſt proditio. Vult eñ ſpolia- re illum cū quo comedit ⁊ bibit. Ter- tium eſt īmiſericordia. vellet eñ eum ſpoliare ſi poſſet etiā camiſia. Quar- tum eſt quia vſurariū excedit in malo qui infra mēſem de. x. florenis vnū lu cratur. ſed iſte ſtatim lucrat eadē die. Quītū eſt afflictio patris dei/ quē iu- rādo et īprecādo dehoneſtat. Sextū ē mādatū eccl'ie qd quodāmō cōtemnit de his duobus ꝓuer. xix. Qui affligit patrē/ ⁊ fugit mrēȝ: ignominioſus erit ⁊ infelix. Septimū eſt ſcādalū ꝓximi. corrumpuntur eñ multi qui ad ludū videndum conueniunt. Octauum eſt omiſſio multorum bonorȝ que debe ret quis facere tēpore quo ludit. No- num eſt peccatum periurij. Decimȝ fraus quam cōmittit in alterum. Un- decimū ira ⁊ conuiciatio peccatorum. Duodecimȝ eſt fractio ſolēnitatū in quibus plus cōueniunt. Decimūter- tium interdū homicidium/etiam pro modico verbo. Decimumquartum eſt idolatria. quia ſuper illo phil'. iij. quo- rum deus venter eſt: dicit glo. hoc ab homīe colitur quod pre ceteris ab eo diligitur. Secundo faciunt ad deteſta tionem ludi: ꝙ in eo quaſi omīa prece pta decalogi tranſgrediūtur. Primo illud/non habebis deos alienos. vt iā tactum eſt. Secundū nomen dei inua num faciliter aſſumitur. Tertiū ſab- batum ſepe violatur. Quartȝ et alia faciliter patent preter nō mechaberis quod ad minus ſpiritualiter tranſgre ditur. quia adherens alicui alij a deo contra deum: fornicationem cōmittit/ amorem anime cū creata re cōbinan- do iordinate. Imo ſepe tales ſocij ſunt fornicatorum ad litterȝ. Tertio facit ad deteſtationē ludi multiplex ibi cō- miſſa ſtultitia. quia ꝓmo viliſſime ſer- uituti ſe luſor ſubijcit/taxillis videlicȝ oſſibus forte canis. Secūdo largitur ad preceptū taxillorū: quod nō daret ad dei preceptū. Tertio quia conſen- tit ꝙ viliſſimi ſibi nobiliſſimū recipiāt videlȝ tempus. Quarto oībus nocet. quia facit quod ſibi eſt dānoſum. ꝓxi mo ſcandaloſum. et deo cōtumelioſū. Quinto q2 velut īſanus proprijs ma- nibus ſe ibi quis interimit.

¶ Ca. vij. De reſtitutione.

QUia vo detinere alie num/eſt contra ſepti mū ꝓceptū: ideo nūc de reſtitutiōe tria ſūt principaliter dicenda. Primo quō ſint reſti tuēda bona materia- lia rerum ⁊ corporū. Scdo quō bonȝ fame ſit reſtituēdū. Tertio quō bona anime ſint reſtituenda. ¶ Quantȝ A ad primū notandū ꝙ reſtitutio opere vel voluntate eſt quoddā preambulū neceſſariū ad contritionē. Et qui aliū

iniuſte damnificauit/aut aliena deti=
net:tādiu eſt peccator mortalis/q̄diu
non vult reſtituerē pro poſſe. dicente
beato Aug.in epiſtola ad macedoniū.
Quandiu res propter quā peccatum
eſt nō redditur/ſi reddi poteſt:penitē=
tia non agit/ſed fingitur. Si aūt vera
citer agitur:non dimittit peccatū niſi
reſtituatur ablatū. Ex quo pȝ ꝙ q̄diu
homo nō reſtituit pro poſſe:ſi interim
ſacramentū aliquod ſumit/nouo pec=
cato peccat.qꝛ indigne ſacramentū ſu
mit. Et ſi manens in tali peccato īplet
penitentiā ſibi a ſacerdote pro peccatꝭ
ſic confeſſis iīunctā:nichil per hoc ſa=
tiſfacit deo/ſm multos. Secundo no=
tandum ꝙ detinere alienum īuito do
mino: eſt idō peccatū mortale/qꝛ ꝯtra
ſeptimū preceptum.ſcilȝ non furtum
facies. Certū eſt enim ꝙ auferre alie=
nū eſt cōtra idē preceptū.ꝛ eadem ra=
tione retinere alienū.qꝛ damnificatur
in vtroqȝ dñs rei/ꝛ ab vſu ſue rei inui=
tus prepeditur. Eſt etiā contra iuſtitie
virtutē que reddit vnicuiqȝ quod ſuū
eſt. Eſt etiā contra fraternā caritatē/q̄
vult alteri bonū:ꝛ retinēs alienū vult
alteri malū. Unde eadē ratiōe qua de
tinens vxorem alterius non eſt capax
penitentie:ſic etiā qui bona aliena in=
uito dño. Tertio notandū ꝙ de reſtitu
tione ſunt multa dubia doctrinalia/q̄
determinat ſanct⁹ Tho.ꝛ Sco.in.iiij.
B di.xv. ¶ Primū dubium eſt quis te
neatur reſtituere? Rñ.ꝙ primo ꝛ prin
cipaliter ille qui rē abſtulit aut dānuȝ
iniuſte intulit.ꝛ hoc ē certū. Et preter
illum ſunt multi alij qui ad reſtitutio=
nē obligātur.q̄ cōphēdūt ī his v̄ſib⁹.
Iuſſio/ꝯſiliū/cōſenſ⁹/palpo/recurſ⁹.
Participās/mut⁹/nō obſtās/nō ma=
nifeſtans. Et tho.exponēdo hos v̄ſus
vbi prius.ꝛ ſcda.ij.q.lxij. dicit ꝙ īter
illa que in his v̄ſſibus enumerata ſunt
quīqȝ obligāt ſemꝑ ad reſtitutionem.
Primū eſt iuſſio.vt cū quis iubet ali=
quem depredari/aut alr̄s īiuſte dānifi
care:ſi ex eius iuſſiōe fit/tenetur ad re
ſtitutionem totius. Secundū eſt ꝯſen
ſus in rapinā/aut in aliā iniuſtā dam=
nificationē.ꝛ hoc in eo/ſine cuius con
ſenſu talis rapina aut alia damnifica
tio fieri nō poterat. Tertiū ē recurſus/
ſcilicet quando quis eſt receptor latro
num/ꝛ preſtās patrociniū. Nam qui
receptat latrones/ꝛ tuetur eos aut rē
raptam vel furatā doloſe celat/ita ꝙ ꝑ
hoc impeditur reſtitutio rei:ille tenet̄
inſolidum cum his qui abſtulerunt.
Quartū participans.vt cū quis parti
ceps eſt in crimine furti/prede/vel ſi=
miliū.vt qꝛ latroni ſe ſociauit ad ſpo=
liandum ꝛ partē accepit. Et ille q̄ par
ticipat in crimine tenet̄ inſolidū de to
to.ſed ille q̄ participat nō in crimine/
ſed ſolū in re accepta:ille ſolū tenetur
reſtituere qđ de re ſcienter emit vel ac
cepit. Quintū non obſtans.cū ſcȝ hu=
iuſmōi ſpolijs/latrocinijs ꝛ ceterꝭ ma
lis ex officio obſtare tenet̄.vt prīceps
terre q̄ iuſtitiā cōſeruare tenet̄:ſi non
obſtat/cum obſtare poſſit/ꝛ ſic per ei⁹
defectum inualeſcunt latrones ꝛ cete
ri malefactores:ad reſtitutionē tenet̄
Similiter intelligatur de nō manife=
ſtante.cui cōuenit ex officio manifeſta
re. Aut ſȝ Sco.qui ī iudicio req̄ſitus/
tacet: vbi res finalit̄ poſſet reſtitui ei
cuius eſt in dicendo veritatem:vbi nō
īmineret ſibi periculū ſtatus aut per=
ſone. Conſimiliter in predictis intelli
gendum ē de non reprehēdente:ꝛ cui
hoc competit ex officio.vt dicit Tho.
ſcda.ij.q.lxij. Et ſubdit ꝙ principibus
terre ex hoc īminet periculuȝ.propter
hoc eni potestate publica potiūtur:vt
ſcilicet ſint iuſtitie cuſtodes. In alijs
autem enumeratis in verſibus:nō te=
netur homo ad reſtitutionē/niſi in cer
tis caſibus/ſcȝ quando homo proba=
biliter credit ꝙ ſuum conſiliū fuerit ef
ficax/ꝛ ꝙ alr̄s ſine ſuo conſilio nō fuiſ=
ſet facta ablatio. Similiter nō oīs pal
po/vel adulator tenet̄.ſed ille qui adu
lando incitat ad auferendum laudās
pro illo/ et dicens ſignum eſſe ſtren=
nuitatis. Et maxime tunc tenetur ad
reſtitutionem:quādo probabiliter cre
dit ꝙ ſua adulatio fuerit cauſa iniu=
ſte ablatiōis. Idē intelligat̄ de detra=

hente/ſi propter detractionem ipſe au
diens ꝓuocat et dānificat iniuſte euȝ
cui detractum eſt. Et dicit ſanct⁹ tho.
ſecunda ſcđe.q.lxii. ꝙ principalit̄ re=
ſtituere tenent̄ illi qui ſunt principa=
les in facto. Primo quidem precipi=
ens dānificationem fieri:et ſecūdario
ipſe exequēs ꝛ ꝯſequēter oēs alii obli=
gantur ꝑ ordinē. Qñ tamē vn⁹ reſti=
tuit illi damnū qui damnū paſſus eſt
tūc eſt eidem totaliter ſatiſfactū: nec
aliquis eoꝝ tenet̄ eidem aliquid vlte
rius reſtituere:ſed illi qui ſunt princi
pales ī facto/ꝛ ad quos peruenit res
tenent̄ ſatiſfacere illis aliis qđ reſti=
tuerunt. Et ſi non facerent:tunc cete
ri tenentur vt videt̄ ſinguli pro parti
C bus ei q̄ in ſolidū ſatiſfecit. ¶ Notā
dum hic ꝙ ſicut ſunt nouē aliena pec
cata in verſibus tacta quibus peccatiſ
quis particeps efficitur alienis deli=
ctis in demerito hic ꝛ ī accidētali ſup
plicio ī futura vita:ita ex oppoſito ſūt
nouem aliena merita/quibus ꝓximi
virtutes noſtras quodāmodo facere
poſſumus hic/et in futuro accidenta=
lia pmia habebimus. Primo cū iube
mus ꝛ impamus bonū aliis:vt paren
tes pueris:domini ſeruis:magiſtri di
ſcipulis:prelati ſubditiſ impantes bo
na. Secundo cum conſilia damus ꝓ
ximis vt vitent aliqua vitia vel operē
tur meritoria vel virtuoſa opera. Sic
quilibet poteſt docere ꝓximū verbo/
et exemplari vita:quibus tot meritis
alienis participamus:quot opera bo
na alii ex noſtris bonis faciunt. Ter=
tio cum cōſentimus in bona aliorum:
vt dñi ſeruos manumittendo ꝓ facer
dotio et religione adipiſcendis :parē
tes ſimiliter. Quarto cū ex laude ali
cuius virtutis in alio/talis ꝓficit : vt
ſit in ingredientibus religionem/ vel
virginitatem/vel viduitatem laudan
tibus. Quinto cum defendimus iniu=
ſte vexatos : vt aduocando : hoſpitio
recipiendo : vel.vii. opera miſericor=
die exhibēdo.math.x. qui ꝓphetā/id
eſt pdicatorē recipit:mercedē ꝓphete
habebit. Sexto cū cooperamur alioꝝ
bonis vt pegrinando:ſcribēdo libros
corrigendo eoſdeȝ:eccliās ꝛ ſmones
viſitando. Septīo qñ ſilentio nr̄o ali=
os edificamus/et locutione alioꝝ vir=
tutes diſcrete attollim⁹. Octauo qñ
nō obſtamus v̄tuoſis alioꝝ exercitiis
ſed ecōtra fraterna correctiōe/ ꝛ ſeptē
opibus mīe ſpūalibus/iuuam⁹ ad bo
nū. Nono qñ manifeſtamus aliorum
miſerias:vt eis ſubueniat̄. Sūt etiaȝ
tertio nouem demerita aliena in aliis
pctīs ꝙ ſunt illa vbi tp̄aliter dānificat̄
ꝓxim⁹ ꝑ ſcādalū mltiplex q̄ faciliꝰ re
peries:ꝛ ſic ſunt triplicia nouē. Prīo
in reſtituēdis. Scđo in merēdis. Ter
tio in demerendis ꝑ nouē modos ſcā
daliſandi ꝓximū. ¶ Secūdū dubiū D
eſt qđ ſit reſtituēdū? Rñ. ꝙ oē alienū
qđ q̄s iniuſte abſtulit/aut iniuſte detiet/
ꝛ inuito dño rei: tenet̄ reſtituere. Cir=
ca qđ notandum ꝙ tripliciter contin=
git quem iniuſte aliena auferre vel de
tinere. Primo cum alteri ex cauſa li=
cita ad aliquid obligatur/ꝛ ei non ſol
uit alio inuito:vt cum nō reddit depo
ſitum rite repoſcenti:nō reſtituit accō
modatū:nō ſoluit mutuū:nō reddit p̄
ciū mercēnario:aut non ſoluit alia de
bita/vt ſunt vectigalia:theolonia:cen
ſus:decime:ꝛ hmōi/ad que ſoluenda
quis iuſte obligatur. Scđo cū quis ī=
iuſte aliqua acquiſiuit quocūq̧ modo
ſiue ꝑ vſuram/ſiue ꝑ furtum/ſiue ꝑ ra
pinam/ſiue ꝑ defraudationem in mē
ſura liquidoꝝ vel aridoꝝ/ſiue ꝑ pon=
dera falſa/ſiue ꝑ fraudem vel falſita=
tem in rei ſubſtantia:quantitate vl̄ q̄
litate:vt ſupra dictū fuit. Tertio cū ei
aliqđ tale datū eſt ī munere/aut reli=
ctū in hereditate/aut ī teſtamēto/ aut
eſt ſibi vēditū ab eo q̄ ius in eo nō ha
buit:eo ꝙ res ſua nō fuit:aut poteſta
tem eā dandi non habuit. Omne igit̄
tale opȝ reſtituere/al̄s contra prece=
ptum hoc agitur:et grauit̄ peccat̄. Et
iſtis addit̄ ꝙ qui alteri iniuſte nocuit
et dānū in rebus intulit:tenetur ſibi dā
nū recompenſare/etiam ſi inde nichil
habuit:vt ſi combuſſiſti domū meam
iniuſte:teneris michi ad recōpēſatio=

nem totius dãni/ꝙuis nichil de do=
mo apud te remanſerit. Scdo dicitur
ꝙ non ſolũ iniuſte ablatum eſt reſtitu=
endum:ſed etiã fructus eius ſi ſit res
de ſe fructifera:vt ager/vinea. Et hoc
dicunt eſſe verũ de poſſeſſore male fi=
dei. ⁊ de fructibus qui ſuperſunt dedu=
ctis expẽſis/que fiunt gratia fructuũ
querendorũ/congregandorũ et conſer
uandorũ. Si autẽ ablatum ſit res que
non eſt de ſe fructifera vt pecunia:tũc
auferens vel iniuſte detinẽs tenet̃ ad
reſtitutionẽ equiualentis/⁊ ad recom
penſationẽ damni quod ille paſſus ẽ
ex carentia pecunie ſue. non tñ oportꝫ
ꝙ tantũ reſtituat quantuꝫ ille lucrari
potuiſſet cũ pecunia:ſed ſm eſtimatio
nem lucri quod accidere cõſueuit pen
ſato labore ⁊ ĩfortuniis q̃ in lucro al's
accidere potuiſſent. lucrũ eñ non ſolũ
penſatur vel cauſatur ex pecunia ⁊ la
bore. Nam ſꝫ Tho. ii. ſcde. q. lxxii. qñ
datio alicuius illicita ẽ ⁊ contra legẽ.
vt cum quis ſimoniace dedit:tũc non
poteſt repetere/ſed meret̃ illud datuꝫ
amittere/nec debet ſibi reſtitutio fieri
Et alius qui ſimoniace accepit:nõ po
teſt retinere/ſed debet in pios vſus cõ
E uertere. ¶ Tertiũ eſt dubiũ cui ſit re
ſtituendũ? Rñdent doctores ꝙ illi qui
verus dñs rei eſt aut iniuſte dãnifica=
tus/ſi eſt viuus ⁊ noſcit̃. Sed ſi non ẽ
preſens:debet expectari aduẽtus ei⁹:
⁊ tunc ſibi reſtitui:ſi ſaltem ſperat̃ ali=
quando reuerſurus. Si autẽ non ſpe=
ratur redit⁹ eius:tũc ſi res eſt magni
valoris:dꝫ ſibi tranſmitti ſi põt cõmo
de fieri. Nec obſtat dicit ſctũs Tho. ſi
remittens damnũ remittendo patiat̃:
quia ipſe ſibiipſi hui⁹ dãni cauſa fuit
per hoc ꝙ alteri ſuũ iniuſte abſtulit vł
detinuit. Si aũt tranſmittere non poſ
ſit/aut ſi forte res nõ ſit magni valoris/
ita ꝙ nõ poſſit ſibi remitti ſine maiori
incõmodo ꝙ̃ res eſſet ſibi vtilis ſi eam
haberet tũc põt eã dare aliquibus co=
gnatis eius propĩquiorib⁹. qr p̃ſumit̃
lege nature ꝙ ille velit magis reſtitu=
tionẽ fieri ꝓpĩquis ſuis ꝙ̃ alienis. Et
ſi nõ haberet cognatos/aut nõ noſce=
rentur:poſſet rem cõmittere vni in ce
nobio/cũ tali ꝓteſtatiõe ꝙ reddere te
neatur/ſi vnꝙ̃ redierit/vel comparue
rit/aut etiã reſtituat heredibus ſuis ſi
vnꝙ̃ tales cõparuerint. Si aũt dñs rei
reſtituende/vel ipſe dãnificatus oĩno
incertus ſit et ignotus:nec poterit ſci=
ri/⁊ ſilr heredes ei⁹ ignorãt̃ oĩno/nec
ſciri poſſunt adhibita ſufficiẽti diligẽ
tia:tũc paupes ſunt heredes illarũ re
rum reſtituendarũ. Non eñ ille iniuſt⁹
ablator vel detentor alienarũ rerũ per
hoc deobligat̃ a reſtituẽdo. nec põt ſi=
biipſi retinere:ſed tenetur dare ꝓ aĩa
illi⁹ cui reſtitutio debebatur. Si vero
dñs rei reſtituende eſt mortuus:detur
heredibus ſuis. ⁊ ſi non ſciuntur here
des:nec facta diligenti ĩquiſitione ſci
ri poſſunt:detur pauperib⁹ pro ſalute
anime ſue ſm modũ premiſſum. Cui
eñ non põt tẽporaliter reddi:reddat̃
ſpiritualiter. Redditio autẽ ſpiritual'
fit:cum datur paupibus pro ipſo/⁊ ꝓ
ipſius aĩa. ¶ Quartũ dubiũ ẽ ꝑ cui⁹ F
manus debẽt talia diſtribui paupib⁹
⁊ reddi? Rñ. ꝙ per man⁹ cõfeſſoris vł
alicuius alterius de cui⁹ fidelitate cõ
fidat. ſed dicit Sco. ꝙ nõ inuenit quis
neceſſario determinat⁹ ſit mediator ĩ
diſtribuendo paupibus illa. Et addit
videtur michi ꝙ talis per ſeipſuꝫ poſ=
ſit pauperib⁹ reddere ⁊ diſtribuere/cõ
ſilio tamẽ alicuius boniviri. quia poſ=
ſet contingere ꝙ daret tali mediatori
de cuius fidelitate confideret: ⁊ ꝙ ta=
lis tamen ſibiipſi applicaret/vel aliis
vſibus ꝙ̃ deberet. Unde vbi lex diui=
na vel eccleſiaſtica nõ ligat perſonam
ſequenda eſt ratio naturalis. Illa au
tem magis dictat ꝙ perſona que tene
tur magis reſtituat per ſeipſam ꝙ̃ per
aliam. non tamen excludẽdo conſiliũ
boni viri:ſed magis includendo.
¶ Quintũ dubium quando ſit reſti= G
tuendum? Rñ. ꝙ quilibet tenetur ſta=
tim reſtituere alienũ:niſi dilationẽ vo
luntariam habeat ab eo qui eſt domi=
nus rei. quia vt dictum eſt prius: ſicut
eſt contra iuſtitiam et dilectionẽ pro=
ximi/⁊ contra preceptum dei auferre

alienum/ita eſt cōtra iuſtitiam/cōtra
dilectiōem ꝓximi/⁊ contra diuinū p̄=
ceptum tenere alienū iniuſte. ideo eſt
magnū peccatū. Sed conſtat ꝙ ꝑ nul
lum tempus licet peccatum cōtinuare
ſed quilȝ tenet̄ peccatū ſtatim deſere=
re tam quo ad actum volūtatis elicitū
ꝗ quo ad actuȝ exterius īperatū. Juxͣ
illud Eccľ.xxi. quaſi a facie colubri fu
ge peccatum. Igitur quilibet tenetur
ſtatim reſtituere ablata/aut quecunqȝ
aliena in quibus nō habet ius/niſi ip
ſe obtineret voluntariā dilationē a do
mino rei. quia non licet detinere alie=
num eo nolente. Ab iſto tn̄ excipit ſco.
aliquos caſus in quibus ſm eū licitū
eſt differre reſtitutionē exteriorē: dum
modo aſſit interior reſtitutio/id eſt fir
ma voluntas reſtituendi ꝗcito occur=
rent circunſtantie oportune. Et illi ca
ſus comprehenduntur ſub hac maxi=
ma. Licitū eſt detinere rem alienā: qn̄
ille ſcilicet dominus rei rationabiliter
deberet velle eam detineri. ſed in aliq̄
bus caſibus ratiōabiliter deberet vel=
le quis rem ſuā detineri de facto. qui
tamen haberet firmā voluntatem re=
ſtituendi/poſitis ibi ad hoc circunſtā=
tiis oportunis. Primus illorū caſuū
ſm Sco. eſt quando reſtitutio ad ſtat̄
eſſet notabiliter dānoſa communitati
tunc non tenetur ille ſtatim reſtituere
quia in tali caſu alter deberet velle re
ſtitutionem nō ſtatim ſibi fieri. qꝛ ma
gis debet velle bonū cōmunitatis. Et
ideo debet ratiōabiliter velle aliqua=
lem dilationē illius reſtitutionis boni
vtilis. Secundus caſus quādo reſtitu
tio eſſet damnoſa ei cui debet fieri. vt
reddere gladium furioſo: quo mediā=
te ſe/vel aliū interficiat. Sic dicit ſan
ctus Tho. ij. ſcdē. q. lxij. ꝙ ſi res reſti=
tuenda apparet pro nūc grauiter no=
xia illi cui reſtituēda foret/vel etiā al=
teri: tunc non debet reſtitui ei. quia re
ſtitutio ordinatur ad vtilitatem illius
cui reſtituitur. Oīa eñi que poſſiden=
tur ſub ratione vtilis continētur. Nec
tamen quis debet ſibi eam appropria
re in tali caſu: ſed debet reſeruare vt
congruo tempore reſtituat. vel alicui
tradere tutius conſeruandam. Terti⁹
caſus eſt quando īmediata reſtitutio
eſſet diffamatoria reſtituenti. ſicut fur
occultus non tenetur ſtatim de facto
reſtituere: ſed poteſt captare tempus
in quo ſine ſui diffamatione reſtituat.
debet tamen habere voluntatem reſti
tuendi ꝗcito oportune poſſit/⁊ debet
ad hoc diligentiam adhibere. Addit
etiam Sco. ꝙ quando ablatio fuit oc=
culta: tunc non tenetur ablator ſe pro
dere. nec tenetur per ſeipſum reſtitue=
re: ſed poteſt hoc facere per aliam per
ſonam diſcretam et fidelem. et expe=
dit per cōfeſſorē cui prius eſt peccatū
in confeſſione detectum: ſuppoſito ꝙ
ſibi credatur de fideliter reſtituēdo id
quod ſue fidei cōmiſſum eſt. Et etiam
ꝙ caute reſtituat ſine manifeſtatione
eius qui prius abſtulit ⁊ non reſtituit
Et in tali caſu poteſt reſtitutio differri
quouſqȝ voluntas et oportunitas tal̄
ꝑſone medie poſſit haberi. ¶ Quar h
tus caſus quando acceleratio reſtitu=
tionis eſſet multū damnoſa reſtituere
debenti/⁊ breuis dilatio reſtitutionis
non eſſet damnoſa vel non multū dā=
noſa ei cui fieri deberet: tūc iterum nō
tenetur ſtatim reſtituere de facto/ſed
ſufficit ꝙ ſtatim ex affectu reſtituat: cū
ceſſabunt īpedimenta hincinde. Qui
tus caſus quando quis eſt oīno impo
tens ad reſtituendū. Talis eñi protūc
non tenetur: ſed cū peruenerit ad pin
guiorem fortunā. Actio eñi non extin
guitur per inopiam/ſed ſopitur. Et ta
lis debet habere fortem voluntatē re=
ſtituendi ſi aliquando potens erit ad
hoc. Et ſanctus Tho. ij. ſcdē. q. lxij. di=
cit ꝙ in hoc caſu debet homo remiſſio
nem petere ab eo cui reſtituendum eſt
vel ſaltem voluntariā dilationē. ⁊ hoc
petat aut per ſe aut per aliū. Et videt̄
ꝙ pari ratione ſit faciendū in caſu pre
cedenti. Hec ſunt dicta de reſtitutione
facta. et de bonis fortune. ¶ Sed i
querit̄ quomodo reſtitutio ſit faciēda
de bonis corporis que quis aufert?
Rñ. Sco. vbi prius ꝙ qui occidit ali=

quem iniuſte:ſi ſibi pro illo a iudice ſꝫ
legem iſtius loci infligitur mors vt ſic
vitā reddat pro vita:debet illā patien
ter ſuſtinere.et ſic ſoluere penā illam.
Si autē ſibi a nullo infligitur iudice.
tunc expedit ſibi vt vitam ſuā exponat
in cauſa iuſta.vt contra īfideles ⁊ ini=
micos eccleſie pro reſtitutione facien=
da illi cui vitam abſtulit. Mꝫ ſi nō ve=
lit tantam reſtitutionē facere:non pōt
tñ a reſtitutione omīno īmunis eſſe. ſi
cut quidā/dicit ſco.abſoluunt homici
das:nec eis reſtitutionē neceſſario in
cumbentē iniungentes:quaſi facilius
poſſit trāſire homicida ꝙ canicida vel
bouicida.quia ſi occidiſſet quis bouē
proximi ſui/vel canem:nō abſolueret
ſine reſtitutione.tenet ergo ille ad re=
ſtitutionem faciendam equiualentem
vite quā abſtulit.et hoc eo modo quo
pōt equiualentia in talibus eſſe. Nec
hoc ſolum tenetur.ſed vt addit Sco.ſi
interfectus ſuſtētabat aliquos/vt pa=
trem/matrē/vel propinquos:tenetur
interfector omnibus illis ad tantā re
ſtitutionem quantā eis abſtulit per in
R terfectionem iſtius. ¶ De mutilatio
ne vero aut alia corporali leſione dicit
Sco.debet fieri reſtitutio per pecuniā
et illa debet reſpōdere/non ſolū dam=
no qd quis incurrit per mutilationem
pro toto tempore vite ſue quo vſurus
fuiſſet membro abſciſſo: ſed etiam dꝫ
reſpondere expēſis appoſitis in cura
tione/⁊ vltra hoc placationi leſi que re
quireretur etiā ſi nō eſſet talis mutila
tio/⁊ conſolationi ſic afflicti.quia ppe
tua eſt ſibi deſolatio de tali mutilatio
ne. Plus etiam ſm Sco. ponderāda
eſt mutilatio pauperis ꝙ diuitis.quia
pauper plus indigebat mēbro abſciſ=
ſo ad victū neceſſarium acquirendū.
De talibus reſtitutionibꝰ fiendis pro
vita ablata aut pro mutilatiōibus mē
brorum/aut leſionibus et dānis cor=
poris dicit ſanctꝰ Tho.ij.ſcde.q.lxij.
ꝙ in quo nō pōt recompēſari equiua=
lens:ſufficit ꝙ recōpenſetur quod eſt
poſſibile.Sicut patꝫ de honoribus qui
ſunt ad deum/et ad parētes/quibꝰ nō

poteſt reddi equiualens.vt dicit.viij.
eth.Sic etiam in propoſito quando il
lud quod ablatū eſt/nō eſt reſtituibile
per aliquod equale:debet fieri recom
penſatio qualis poſſibilis eſt.puta cū
quis alicui abſtulit mēbrum:debet ei
recompēſare in pecunia.vel in aliquo
honore ⁊ ſimilibus:cōſiderata condi=
tione vtriuſqꝫ perſone.⁊ ſm arbitriū
boni viri. ¶ Secūdo pricipaliter di= 2
cendum eſt de reſtitutione bone fame
ablate in toto vel in parte. Ubi notan
dum ſm Tho.⁊ Sco.in.iiij.di.xv.⁊ ex
dictis ſancti tho.ij.ſcde.q.lxij.ꝙ qua=
drupliciter contingit aliquē damnifi=
care alium in fama. Primo verū cri=
men ſuum de eo manifeſtādo et iuſte.
vt cum quis maliciam alterius mani
feſtat ei qui corrigere habet.Aut ſi in
corrigibilis eſt:manifeſtat in conſpe=
ctu eccleſie/⁊ hoc bona intentione/ſcꝫ
vt confuſus a peccato deſiſtat.vel ſal=
tem vt alij diſcedāt ab eius conſortio
infectiuo ⁊ corruptiuo:ſeruato tñ ordi
ne iuris et fraterne correctionis. Et ꝗ
iſto modo manifeſtat crimē alterius:
et ſibi aufert famā:non peccat in hoc/
nec tenet ſibi famam reſtituere.Scbo
dānificat ꝗs aliū in fama/⁊ hoc iniuſte/
ſcꝫ falſum crimē ſibi imponēdo id ē falſe
eū corā alijs accuſando de crimine de
quo nō ē reꝰ.⁊ ꝗ iſto mō accuſat ⁊ ꝓxi
mū dānificat ī fama ſua:grauiter peccat
qꝛ maiꝰ ē auferre famā ꝙ tp̄alia.et ꝗ
aufert tp̄alia alteri:grauiter peccat vt di
ctū fuit ī p̄cepto.v.ca.viij.q.x.⁊ p̄ce=
pto.vi.ca.ij.B.ꝫ grauiꝰ peccat ꝗ ſic in
iuſte aliū dānificat ī fama.homīes eñ
diligūt plꝰ famā ſuā:ꝙ tp̄alia ſua.Ta
lis eñ ſic falſe ⁊ iniuſte dānificās ꝓxi=
mum:tenetur ſibi famā ſuam reſtitue
re.⁊ hoc illo modo ꝙ verbū ſuū retra=
ctet abſolute apud oēs ad quos p eū
peruenit/dūmō ſciat et poſſit. Debet
eñ apud oēs cōfiteri ſe falſum in hoc de
illo dixiſſe.vt dic ſctūs Tho.⁊ ſco.dic
ꝙ dꝫ ſic famam reſtituere ꝙ retractet
verbum ſuum/ſeu illud quod ſibi fal=
ſe impoſuit.⁊ hoc ita publice ſicut ſibi
impoſuit.qꝛ alīs non ſeruat iuſticiā in

reddēdo ꝓximo qḋ ſuum eſt. Ex quo eñ hō tenet̄ reſtituere temporalia vt dictum eſt: multo a fortiori tenet̄ reſtituere famā ſic iniuſte ablatā: q̄ ē multo precioſior tēporalibus. Vñ ꝓuerb. xxij. dicit̄. Melius eſt nomen bonum
M
q̄ diuitie multe. ¶ Sed diceret aliquis non imponit tale crimen in publico aſſerendo illud de eo / ſed murmurat / ⁊ incaute et indiſcrete loquit̄ / vel alicui corā pluribus loquit̄ ⁊ narrat huiuſmodi nō tanq̄ ſibi certū: ſed dicit ſe ſic audiuiſſe: an talis teneatur famā illi reſtituere? Rñ. Sco. di. rara fides ideo quia multi multa loquūt̄. Et ideo ſic murmurans aut īcaute loquens de alio falſum crimen / ſcilȝ dicēdo apḋ alios forte ille fecit hoc / certe poteſt eē q̄ fecerit / aut dicendo ego audiui q̄ ille fecerit hoc / et hoc niſi ex modo dicēdi talis oſtendat aliquam certitudinem maiorem q̄ ex relatōne cōmuni: nō aufert ex natura actus famam illi in opinione illoꝝ audientiū: quia ſi illi firmiter cōcipiant ⁊ credāt ex hoc illū de quo eſt ſermo crimino-
eccli.19
ſum eē: leues ſunt. Quia qui cito credit leuis eſt corde. Verūtamē quia a ſcādalo puſilloꝝ opȝ cauere / iuxta illud pauli. i. Coꝝ. viij. ſi eſca mea ſcandaliſet fratrem meū / non manducabo carnes ineternū / ⁊ mlti ſunt tales puſilli leues ad credendū mala: ideo piculoſum eſt coꝛam ipſis talia audita ex relato referre. Et ſi hoc fiat ex intentione mala / vt ſcȝ animo et intētione ledendi famā illius de quo ſermo eſt: tunc nō eſt facile excuſare quin ſit cōtra charitatem / ⁊ ꝑ ꝯſequens moꝛtale. Si aūt fiat coꝛam talibus puſillis ⁊ leuibus ad credendū mala / ⁊ fiat ex inconſideratione: durū eſt dicere q̄ exeat genus peccati venialis: qꝛ
Jaco.3.
lingua in lubꝛico poſita eſt: et qui non offendit verbo hic ꝑfectus eſt vir. Et dicunt aliqui q̄ ſi quis ex alicuiꝰ tali relatione notā infamie īcurriſſet apḋ illos apud quos ſic locutus eſt: tenet̄ ille ſibi reſtituere famā: et dicere apḋ eos ſe falſum in hoc de iſto audiſſe: et minus caute ſe locutum fuiſſe: vel q̄ ſibi nō fuerat credēdum: cū tale cōtra ꝓximū dixit / qm̄ illud retulit contra bonū ꝓximi: de quo nullam certitudinem habuit: vel aliquo cōſili modo reſtituat ꝓximo famā ꝓut melius poſuerit. ¶ Tertio ꝯtingit q̄ aliqs dānificat ꝓximū in fama: et hoc vel de eo dicendo / ſed iniuſto modo: vt cū quis occultū crimen alterius ꝓdit cōtra debitū oꝛdinē: ſeu cum verum crimen alterius / ſed occultū nō ſeruato oꝛdine iuris cōtra eū in publico ꝓponat. De hoc dicit ſanctus Tho. tenet̄ illi damnificato in ſua fama / reſtituere famā quātum poteſt: tamē ſine mēdacio: vt q̄ ſe dicat male dixiſſe / vl̄ q̄ iniuſte eum diffamauerit / vel alio tali quolibet modo. Et ſi nō poteſt ſibi famā reſtituere: debet ſibi illud damnū aliter recōpenſare ꝓut etiam de aliis damnis ſupius fuit dictum. Et Sco. de hoc dic̄ q̄ talis non tenet̄ retractare verbum ſuū qḋ ꝓpoſuit in publico quia ſic faciendo mentiret̄: cū ſciat illud qḋ ꝓpoſuit cōtra eū eſſe verum: ⁊ ideo non debet mentiri propter qḋcū q̄ bonū alteri reddēdū: imo in nullo caſu eſt mentiendū: ſed tenet̄ alio mō licito ſibi reddere famam / vt ꝑ hmōi verba nō credatis eū eſſe talem: male eñ dixi et fatue dixi. Et illud ſuum dictū tūc eſt verū: quia non ſeruato oꝛdine iuris ꝓpoſuit ī publico: qḋ nō fuit verū publicū: et ergo in hoc male ſtulte ⁊ fatue dixit. Et illa ſuaſio ſcȝ nō reputetis eū eſſe talem: eſt bona. qꝛ qlȝ ꝑſumendus eſt bonus: donec ꝓbetur contrariū. Juxta illud extra de ſcrutinio in oꝛdine faciendo: humana fragilitas iſtū quē indignū eſſe nō nouit dignū debet eſtimare. Sed ille nō eſt ꝓbatus malus corā illis: et ergo hoc pſuadendū eſt eis: vt eū nō reputēt īdignū ⁊ malum. ¶ Quarto contingit quē dānificare aliū in fama ſcilicȝ verū crimen ſed occultum in publico ſibi impoſitum negando: quia ipſum qui ſibi crimē imponit oſtendit ī hoc mendacē: et notat eū de calūnia / id ē

ꝺe falſi criminis impoſitione. Et ꝺe il
lo ꝺicit ſco. ꝙ ille ſic negans: nō tenet
retractare negationē ſuam qua nega
uit in publico verū crimē ſibi impoſi=
tum: quia vt ꝺicit non tenet in publi=
co quicūqꝫ ſtatim in iuꝺicio confiteri
ſe reū / niſi fuerit ꝯuictus. Tenetur ta
men ꝑ q̄ꝺā verba ſobꝛia / vt ſtatim an
te hoc ꝺictū fuit: reſtituere famam il=
li accuſanti: quē indirecte notauit ꝺe
calūnia videlicet ꝺicēꝺo non habeat
eū pro calūniatoꝛe: quia creꝺo ꝙ ha=
buit intentionem bonam in ꝓponen=
ꝺo: vel forte ipē creꝺiꝺit ſe ꝓbare poſ
ſe intentū ſuū / ꝛ ꝺeceptus eſt. Ex qui=
P bus patet ꝙ periculoſum et magnum
peccatū ſit aliquē infamare. ¶ Ter
tio p̄ncipaliter ꝺicēꝺū eſt ꝺe ꝺānificā=
te aliū in aīa ſua / iꝺ eſt in bonis ani=
me quomoꝺo teneat reſtituere. Ubi
notanꝺū ſm ſco. ꝙ per bona anime in=
telligenꝺa ſunt bona moꝛis q̄ acquiſi
ta coꝛrūpunt / ꝛ acquirenꝺa impeꝺiū
tur. Per vitia eñ ꝛ peccata virtutes
iam acquiſite coꝛrumpunt: ꝛ que ꝺe=
berent ex bonis actibus generari per
vitia impeꝺiūtur ne generēt. In iſtis
bonis anime ſcilꝫ virtutib9 ꝛ actibus
virtuoſis / non poteſt vnus aliū ꝺire=
cte ꝺānificare auferenꝺo ea ſibi / ſicut
auferunt exterioꝛa bona / aut infūꝺē=
ꝺo ſibi contraria / ſcilꝫ vitia ꝛ peccata:
quia pctm̄ intm̄ eſt peccatū inq̄tū eſt
volūtariū. Nā ſi nō eſſet volūtariū: nō
eſſet peccatū. vt ꝺicit Auguſt. in ꝺe ve
ra religione. Igit ſola volūtate ꝓpa
poteſt quis ſic ꝺirecte ꝺānificari: ſcilꝫ
in ſcipſo cauſanꝺo volitiōes malas et
peccata. Poteſt tamē vn9 ꝺānificare
aliū inꝺirecte / ſcilꝫ retrahēꝺo ex intē=
tione a bonis opib9: ꝛ ſic impeꝺienꝺo
a generatione virtutū: et inꝺucēꝺo aꝺ
mala opa: q̄bus virtutes coꝛrūpūtur:
et vitia generant. Et talis īꝺuctio aꝺ
malū / ꝛ retractio a bonis: cōtīgit mul
tis moꝺis / viꝺelꝫ iubenꝺo / cōſulēꝺo /
ꝑſuaꝺēꝺo / roganꝺo / ꝺeriꝺēꝺo bona:
ꝛ lauꝺāꝺo mala: ꝛ ſic ꝺe aliīs moꝺis.
Aꝺ ꝓpoſitū igit primo ꝺicēꝺum ꝙ q̄
aliū ſic ꝺamnificat in iſtis aīe bonis:
grauiter peccat. quia ꝯ ꝺilectionē ꝺei
agit: eo ꝙ retrahēꝺo a bonis minuit
honoꝛem q̄ ꝺeo exhiberet: ꝛ inꝺucen=
ꝺo aꝺ mala auget ꝺei inhonoꝛatiōem
et offenſam. Agit etiā cōtra ꝺilectio=
nem ꝓximi cui ꝺeberet velle ꝛ facere
bonū: ſꝫ vult et facit ſibi malū. Et pec
catum eſt tanto grauius: quanto ꝺā=
nū eſt maius qꝺ ꝓximo infert. Exem
pli gratia: grauius peccat (ceteris pa
ribus) q̄ ꝺamnificat ꝓximū in libra:
ꝙ ſi in ſolo ꝺenario. Cū aūt bonū ani
me ſit ineſtimabilit melius bonis coꝛ
poꝛis aut foꝛtune / ſicut aīa incōpara=
biliter melioꝛ eſt coꝛpoꝛe: ſequitur ꝙ
multo grauī9 peccat qui ꝺānificat ali
um in bonis aīe / vt in virtutib9 ꝛ ope
ribus bonis q̄bus meret eternū bo=
nū / ꝙ peccet qui ꝺānificat ī bonis coꝛ
poꝛis aut foꝛtune. ¶ Scꝺo ꝺicit ꝙ Q
ſic ꝺamnificans aliū in bonis aīe te=
net ſibi aꝺ reſtitutōnē mō poſſibili: vt
ꝺicit ſco. Et ptꝫ: quia cum bona virtu
tū ſint maxima bona inter oīa huma
na bona in p̄ſenti vita / ſm auguſt. lib.
p̄mo retractionū. plus ꝺamnificat ꝓ=
ximū qui in iſtis eū ꝺānificat / ꝙ in q̄=
buſcūqꝫ aliīs: ꝛ ꝑ ꝯñs plus tenet ſm
iuſticiam aꝺ reſtitutōnē ſuo proximo
ꝺe tali facienꝺā q̄tum ſibi poſſibile ē
ꝙ ꝺe aliīs bonis. Talis autem reſtitu
tio fiat ſic: vt ꝺānificans illū ꝺamnifi=
catū ſuaꝺēꝺo / inꝺucēꝺo / exhoꝛtanꝺo
et aliīs bonis moꝺis efficaciter inꝺu
cat aꝺ penitentiam / aꝺ vite emēꝺatio
nem / aꝺ actus bonos virtutū genera
tiuos. Et ſi non ſufficit ſua ꝓpꝛia per
ſuaſio aut exhoꝛtatio ꝛ ſilia: aꝺꝺucat
alios efficacioꝛes ꝺūmoꝺo tñ illis nō
ꝓꝺat peccatū illi9 occultū. Et ſi non
ſufficiunt ꝑſuaſiōes hm̄ōi ꝛ inꝺuctio
aꝺ bonū / quia facilius eſt ꝑuertere ꝙ
cōuertere: tunc tenetur vltra hoc quā
tum poteſt impetrare illi cōuerſionē
per oꝛationes propꝛias et per oꝛōnes
alioꝛū ꝑ ipm̄ impetratas et procura=
tas / ꝛ aliīs ſimilibus aut melioꝛibus
moꝺis poſſibilibus. Damnificās igi
tur aliquem in bonis anime tenet ſi=
bi reſtituere q̄tum ſibi eſt poſſibile:

ſemp tamen ſic agendo: ꝙ non publi-
cet illius occultũ pctm̃: ⁊ eius pſonaꝫ
quã noſcũt aut noſcerẽt veriſimiliter
ꝓ futuro. Ex his ẽ diligẽter cõſiderã-
dũ ꝙ magnũ pctm̃ eſt ſollicitare ⁊ in-
ducere aliũ ad peccandũ: q̃a in ſe eſt
magnũ pctm̃: ⁊ vltra hoc tenet̃ homo
illi reſtituere/ et dãnũ recõpẽſare: qd̃
homo vix poteſt facere ad condignũ:
eo ꝙ volũtatẽ iam allectã ad malum
vix poteſt homo reducere ad virtutẽ
Pauci etiam ſũt qui ſic reſtituere co
nent̃: cũ tamẽ multi ſunt: qui ſic reſti
tuere teneant̃. Creberrima eñ eſt il-
la dãnificatio/ et maxime circa iuue-
nes vtriuſqꝫ ſexus: qui ſepiſſime indu
cuntur ad mala ſupradictis modis: ⁊
nõnũꝙ maiorum exemplis peſſimis
A corrumpũtur. ¶ Sed quid faciẽdũ
eſt de eo qui dãnificat aliũ retrahẽdo
eũ a religione? Rñ. ſco. ꝙ ſi q̃s abſtra
xit a religione aliquẽ iã obligatuꝫ ad
religionẽ ꝓfeſſionis obligatiõe tenet̃
agere reſtitutiõem. Dãnificauit eñ re-
ligionẽ in illa pſona: tenet̃ igit̃ agere
vt ille redeat ad religionẽ. Sed ſi ali-
quẽ diſpoſitum ad intrandũ religio-
nẽ retraxit/ aut ĩpediuit ne intraret/ ⁊
hoc nõ fecit intentione conſulendi ꝓ-
prie vtilitati/ aut ex aliqua rationabi-
li cã/ ſed fecit intẽtione nocẽdi religio
ni: tunc q2 intereſt inter habere ⁊ ĩter
ꝓpe eſſe: ideo non tenet̃ ad tantã re-
ſtitutionem religioni/ ad quantã tene
retur ſi ille fuiſſet in religiõe recept⁹
actualiter. Tenet̃ tñ ad aliquã reſtitu
tionẽ: vt ad inductiõem illius retracti
vt adhuc ingrediat̃: vel ad inductiõeꝫ
aliqualẽ alicuius alterius aliqualiter
equiualẽtis. Ita tenet̃ reſtituere reli-
gioni iniuſte p eũ dãnificate. Perſo-
ne vero iniuſte p eũ dãnificate/ vt quã
retraxit extra religionẽ/ aut quã ĩpe-
diuit ne ingrederet̃: tenetur etiam ad
reſtitutionẽ. Tenet̃ eñ eũ oĩ diligen-
tia inducere ad intrandũ monaſteriũ
qd̃ ſi nõ põt efficere/ aut forte ille quẽ
impediuit ne intraret poſuit ſe ad ſta
tum nunc impoſſibilẽ religioni vt ma
trimonij: tenetur ſibi in ſuaſionib⁹ et
in alijs ſpiritualibus bonis ad equi-
ualentiã illoꝝ bonoꝝ in quibus eum
damnificauit retrahendo a religione
et ad que maiora profeciſſet in religi
one ꝙ in ſeculo. Et hoc tenetur facere
ſm modos ſupra poſitos/ de damnifi
cato in bonis anime quo ad virtutes
aut ſm alios meliores ꝓut poterit.

¶ Capitulum octauum De
ſuffragijs mortuorum.

Cum viui ſatiſfacere
poſſint ꝓ defunctĩ/ et
ꝓ morituris/ ⁊ alijs
viuis/ et illã negligẽ
do grauiter peccent.
Idcirco adhuc de ſa-
tiſfactione/ ſcilꝫ quõ
p ſuffragia poſſumus ſatiſfacere pro
mortuis/ tria oſtendent̃. ¶ Primo A
que anime iuuari poſſunt p ſuffragia
Secundo quibus rebus iuuari pñt.
Tertio qui eas iuuare poſſunt. De pͥ-
mo notandũ ꝙ ſex ſunt loca animarũ
vt dicit magiſter in. iiij. circa diſt. xx. ⁊
xxi. Et tho. cũ alijs theologis/ videlꝫ
celũ: infernus dãnatoꝝ: limbus pue-
roꝝ: limbus patrum: hic mundus/ et
purgatoriũ. Et ſoluꝫ in purgatorio et
hic exiſtentibus ꝓſunt ſuffragia quo
ad liberatõnem pene. In p̃mis eñ lo
cis exiſtentibus nõ ꝓſunt ſuffragia/
ſcilꝫ exiſtẽtib⁹ in celo p modũ indigẽ-
tie: quo ad premiũ eſſentiale. Dicen-
te beato auguſti. Iniuriã facit marty
ri/ qui orat ꝓ martyre: prodeſt tñ eis
ſuffragiũ ad premiũ accidẽtale: quia
gaudiũ eſt in celis ſup vno pctõre pe-
nitentiã agente. Luce xv. Orare eñ
pro talibus in celis infidelitatĩ eſſet.
¶ Eſt autem certum aliquẽ eſſe in ce B
lis quintupliciter. Primo modo per
bibliã noui teſtamenti de aplĩs/ dem
pto iuda. Secũdo de patribus veterĩ
teſtamẽti p bibliã veteris teſtamenti.
Tertio qui ſuſtinuit martyriũ ꝓ fide
etiam ſi ante peccauerit: vt de cipria-
no refert augu. ꝙ falx martyrij abſtu
lit venialia ab eo. Quarto ſi poſt ba-
ptiſmũ ſtatim decedat puulus: ⁊ tunc

ſi ipſo preſente celebratur miſſa: dici
debet ꝓ oībꝰ defunctis/vel pro aliis.
Si aūt maior infante moriť: tunc pōt
pro eo celebrari. Cū beatꝰ Greg. iiii.
dialo. dicat dānatū puerum necdum
quīquēnē. Si etiā adultꝰ ſtatim poſt
baptiſmū moreretur: orari pōt ꝓ eo: qꝛ
forte nō penituit niſi pro mortalibꝰ: ⁊
tunc indiget ꝓ venialibꝰ. Quinto ſi
eſt canoniſatus ꝑ eccl'iaꝫ. In ſcd̄is lo
cis non ꝓſunt ſuffragia/ſcilꝫ exiſten-
tibus in damnatoꝝ inferno. Vñ Au-
guſti. Si patrē meū in inferno eē ſci-
rem: nō plus ꝓ eo ꝙ ꝓ diabolo orarē
Et teſte eccl'ia in inferno nulla eſt re-
demptio/ſm legem cōmunē: qḋ dicit
ꝓpter traianū quē beatus grego. li-
C beraſſe legitur de īferno orādo. ¶ Eſt
autē certū eſſe in inferno hereticos p̄
mo: ſcd̄o iudeos: tertio paganos: de
chriſtianis autem non ſic certum eſt.
Quāuis eñ peccatū coꝝ manifeſtuꝫ
ſit: non tamen pena. Unde poteſt pro
eis orari in ſecreto: ⁊ pñt ſuffragia fie
ri ꝓ illis qui ſeipos occiderūt: qui in
bello iiuſto mortui ſunt: qui duello in
terierunt: aut qui in torneamētis ſuc
cubuerūt: aut cū meretrice. Dicit eñ
auguſti. in de cura ꝓ mortuis haben-
da: pro oībus debet fieri oratio: ſꝫ nō
debet fieri publice ꝓpter ſcandalum.
Exemplū habes de greg. iiii. dialo. q̄
pro propetario orare diu diſtulit. Si-
militer debet fieri ſuffragiū pro ſuſpē
ſis ⁊ iuſte dānatis: ⁊ ſubito mortuis:
qꝛ etiā latro ī cruce penituit. Si aūt ī
ueniať ſubito mortuꝰ q̄ p̄us bone vite
fuit: publice orō debet fieri: qꝛ iuſtꝰ ſi
morte p̄occupatus fuerit: ī refrigerio
erit. Sap. iiii. In tertio nō ꝓſunt ſuf-
fragia/ſcilꝫ exiſtētibꝰ in limbo puero
rū: qꝛ nō ſunt in ſtatu diſpoſito/ſicut
nec iſti in inferno: qꝛ nō ſunt de cōita-
te fidelium. Eſt enim vna vniuerſalis
eccl'ia in charitate cōſicta: q̄ eſt ſocie-
tas et amicitia ſp̄ualis. de q̄ in ſymbo
ps̄. 118. lo. ſctōꝝ cōmunionē. Et Pſ̄. Parti-
cipē me fac deus oīm timentiū te ⁊c.
Ideo quicq̄d vnus lucratur ꝑ oratio-
nes penitens/hic et in illa ſocietate:
eſt oīm. aut quo ad gratulationē: aut
quo ad ſubuentionē. Sed iſti in infer
no dānatoꝝ ſunt de ſocietate diaboli
et velut mēbra putrida. Et q̄ in limbo
pueroꝝ ſunt: a ſocietate ſctōꝝ ſunt ex
cluſi: iō nō ꝓſūt eis nr̄a ſuffragia. In
q̄rto nō ꝓfuerūt/ſcilꝫ exñtibꝰ in lim-
bo patrū/nō quo ad meritū: qꝛ nulluꝫ
eſt poſt hāc vitā: nec ad ſatiſfaciendū
qꝛ nō hēbāt ſatiſfacere niſi pro debi-
to humane nature totius: qḋ ſolꝰ xp̄s
ꝑ infinitum meritum tollere potuit.
¶ In quīto loco exiſtētibꝰ/ſcilꝫ ī hoc D
mūdo ſuffragiū ꝓdeſt/ſcilꝫ tam illi q̄
facit: ꝙ iſti aīe pro q̄ facit/ſi eſt in pur
gatorio. Primo eñ idem ſatiſfacien
ti pōt ꝓdeſſe tripl'r. Uno mō ad me-
rendū ſi ſit in charitate: nichil eñ mi-
nus mereť de gaudio celeſti: ꝙ ſi ꝓ ſe
fieret ſuffragiū. Scd̄m illḋ Pſ̄. Orō ps̄. 34.
mea ī ſinū meū ↄuerteť: īmo q̄nq̄ plꝰ
mereť quis orādo vl' celebrando pro
alio ꝙ ſi ꝓ ſe faceret: quia maiori fer-
uore charitatis ſuccēſus videť/q̄ ſcin
tillas feruoris mittit ad alios/maxi-
me ad inimicos. In cuiꝰ euidētiā xp̄o
orāte pro īimicis: latro cōuerſus ē ad
penitētiā. Et ſm auguſti. Stephano
orāte pro inimicis: paulꝰ tādē cōuer-
tiť. Alio mō prodeſt faciēti ad ſatiſfa
ciendū pro ſe indirecte: qꝛ ſi iſte pro q̄
ſuffragiū fit nō īdiget: vt qꝛ eſt in celo
aut qꝛ non eſt capax/vt ſi eſt in īferno
q̄ñ tūc ſuffragiū faciēs eſt talis inten
tionis habitu/ꝙ ꝓ ſe faceret ſi nō cre
deret prodeſſe illi: tunc ſuffragiū ſatiſ
facit pro faciēte ſi indiget. Si autē nō
indiget: dicit Pe. de pa. di. xlv. quar
ti: tunc in ſuffragio debet ſemꝑ eē im-
plicita intentio facientis vt aliis pro-
ſit indigentibus hic/vel in purgato-
rio. Si autem fiunt ſuffragia multa ⁊
ſpecialia pro illo qui non indiget/vt
quia eſt in gloria vel in inferno/⁊ ſu-
pereſt: vel quia minus indiget: tunc
diuiditur indigētibꝰ per deum. ſicut
ſm auguſti. in regula diciť Cum dať
veſtis in monaſterio vel aliud non in
digenti: dat abbas illi qui indiget. Et
idem dicit Thomas et probat ex ſer-

mone quodā dam̄.de dor. Tertio mō
indirecte ꝓdeſt facienti quo ad ora=
tionis ſubſidiū:quia iſte cui ſuffragiū
preſtatur ſiue ſit in celo/ſiue in purga
torio:tenet orare ſaltem cū liberatus
fuerit pro faciente ſuffragiū:al's eſſet
ingratus. Unde math.x. Siquidem
fuerit filius pacis:reſidebit ſup illuꝫ
pax veſtra:ſinautem ad vos reuertet
Quarto mō tñ non ꝓdeſt directe ad
ſatiſfaciendū.Unde ſi tibi iniunctum
eſt vnū pſalteriū: et defuncto iiunctū
fuit aliud pſalteriū : ſi dico ꝓ defūcto
vnū pſalteriū:adhuc ſum obligatus
ad dicendū aliud pro me.Simile eſt ī
humanis debitis ſi debeo vnū flore=
nū iohāni:et frater meus eidem etiaꝫ
vnū:dando vnū ꝓ fratre nō me quita
ui.In purgatorio autem exiſtētes ſūt
in magnis debitis erga deū: q̄ debita
ſi nemo eis ſubuenit luere opꝫ penis/
E et ſic ſatiſfacere. ¶ Ex premiſſis pa
tet ꝙ multis modis melius eſt orare
ꝓ mortuis fidelibus q̄ ꝓ viuis . Qr
mortuus aut eſt me ignorante in īfer
no:⁊ tunc gradū glorie merui p opus
bonū ſi ſum in charitate et ſatiſfactio
cedet michi.Si autem ſum extra cha
ritatē:p actū ſuffragij diſpoſui me ad
charitatem aliqualiter:⁊ opus ad mi
nus feci premeritoriū et ſi nō merito=
riū.Aut eſt in purgatorio. Et tūc licet
ſm omnes nichil michi mereri poſſit
nec ſibi:tamen ſm multos pro me po
teſt exaudibiliter orare.Sicut ⁊ gere.
ij.machabeoꝝ.xv. orauit exaudibilit
ꝓ iſrl'.Et ſm oēs ad minus orabit ꝓ
me cū venerit ad celum.aut iam eſt in
celo:vel vt iam dictum eſt erit ibi: tūc
ſcient illos qui pro eis orauerunt/⁊ ꝓ
eis orabunt:īmo etiam ſi ſuffragātes
ꝓpter peccata ſua illis nō ꝓfuiſſent:
adhuc pro eis orabūt. Et ratio eſt: qr
amicitia in virtuoſo conſiderat affe=
ctum plus q̄ effectum . Sunt autem
tunc btī ī charitate perfecta/ per quā
oratio eorum expreſſa auditur facilit
Secus autem eſt de viuo quando pro
eo oro:quia forte ignorat ꝙ ꝓ eo oro:
et ſic non orabit pro me. Itē forte eſt
peccator ⁊ ſic modicū valebit. Item ſi
eſt iuſtus / non tamen in voto:ſemper
exaudit. ¶ In ſexto exiſtentib⁹ lo= F
co/ſcilꝫ in purgatorio proſunt ſuffra=
gia:tum quia charitatē habēt que fa=
cit eos capaces:tum etiā quia de no=
ſtra fideliū ſunt ſocietate vt tactū fuit
De exiſtentibus in limbo pueroꝝ/ de
cōmunione eccl'ie/de loco huius pur
gatorij ſex ſunt videnda/q̄ tradit tho
mas ſup.iiij.diſt.xij.Primo ꝙ ſit/ꝓ=
bat auctoritate ſcripture per illud.ij.
machabe.xij.Sancta ergo ⁊ ſalubris
eſt cogitatio pro defunctiſ exorare : vt
a peccatis ſoluantur:ergo purgant.
Item probat Grego.iiij. dialo.per ex
empla plura. Et per illud.i.Corinth.
iij.Si quis edificauerit ſup fundamē
tum hoc/id eſt chriſtū aurū/argentuꝫ
⁊ lapides precioſos. Et ſequit.videlꝫ
lignū:fenū:ſtipulā: vniuſcuiuſqꝫ op⁹
quale ſit ignis probabit. Item diony.
vlti.cap̄.celeſtis hierarchie : cōmemo
rat ritū primitiue eccl'ie orantem pro
mortuis. Item auctoritate philoſo=
phoꝝ.Socrates eñ libro qui dicit fe
drō platonis. quecūqꝫ inquit anime
ꝓuidebunt mediocriter egiſſe: veni=
ent in locū vbi p penas abſoluentur.
Et ponit animas bonas habere nul=
lam penā: mediocriter bonas medio
crē habere penā:malas aūt magnas
Ad idem eſt auicenna.ix. metha. ſue
ca.vlti.qui tamen machometiſta fuit
Ad idē eſt hermes termegiſt⁹ ad eſcu
lapiū. Rōne etiā ſic oportet ſatiſface=
re quēcūqꝫ penitentē:ſed aliqui mori
unt in charitate qui nō ſatiſfecerūt ꝓ
peccatis preteritis:ergo oportet ī fu=
turo alicubi ſatiſfacere:et hoc eſt pur
gatoriū.Exemplis probat grego.iiij.
dialogo. ¶ Secūdo notat ꝙ triplex G
eſt purgatorium.Unū in preſenti vita
per tribulationes toleratas vt opor=
tet.Aliud in alia vita ſm legē cōmu=
nem:tā ꝓpe infernū dānatoꝝ/ vt idē
ſit ignis qui dānatos cruciat/et q̄ ele
ctos purgat:ſicut ſub eodē igne aurū
purgatur et ferrū crematur vt exempli
ficat. Tertiū purgatoriū eſt ſꝫ diſpē=

ſationem. Et ſic q̄ſq̄ in diuerſis locis aliqui puniri legunt: vel ad viuorum instructionē / vel ad mortuorū ſubuentionem: vt viuētib⁹ eorū pena innoteſcens: p ſuffragia eccl'ie mitiget. Tertio notat q duplex eſt pena aīarū in purgatorio. Una ſenſ⁹ qua diuina iuſtitia per ignē punit. Alia dāni q̄ cōſiſtit in priuatione viſionis beatifice ad tēpus. Et de vtraq̄ dicit q minima pena purgatorij excedit maximā penā huius vite. Unde auguſt. d vera ⁊ falſa penitentia. Hic ignis purgationis et ſi eternus non ſit: miro mō eſt grauis: excedit eñi omnē penā quā vnq̄ quis paſſus eſt in hac vita. Nūq̄ ī carne tanta inuēta eſt pena: licet mirabilia martyres paſſi ſint tormēta: ⁊ mlti nequiter iniqui quāta ſepe ſuſtinuerunt ſupplicia. Item auguſt. libro de igne purgatorij dicit aliquis: non ad rem ptinet q̄diu moras habeā tantū vt ad vitā eternā puenā. Nemo hoc dicat fratres chariſſimi: q̄a ille ignis purgatorius durior erit q̄ quicq̄d poteſtis in ſeculo / aut videre: aut excogitare. Et ſtatim ſubiūgit. Ideo totis viribus vnuſquiſq̄ laboret capitalia crimina / ⁊ minuta peccata ita operibus bonis redimere / vt ex ip̄is nichil videatur remanere / q̄d ignis ille poſſit abſumere. Exemplificat ibi. Quādurū ſit hic digitū modicū in igne tenere: quātoplus totam animā medullitus Dicit etiam cōmunis theologorū opinio: q purgatorij pena incōparabilit̄ eſt maior penis mūdi. De pena dāni probat: quia quāto aliquid magis deſideratur: tanto ei⁹ abſentia eſt moleſtior. Et quia affectus quo deſiderat̄ ſūmū bonū poſt hanc vitam in animabus ſanctis intenſior eſt: quia nō retardatur affectus moleſtia corporis: et etiā quia terminus fruendi iam ſūmo bono aduenifſet / niſi aliq̄d impediret: ideo de tardatōne maxime affligunt̄. De pena ſenſus probat: q2 cū dolor nō ſit leſio / ſed leſionis ſenſus: tanto aliquis magis dolet de aliq̄ leſino / quāto magis eſt ſenſitiuū. Uñ leſiones que fiunt in locis maxime ſenſibilibus / vt in oculo / et in ſimilibus mēbris: maximū dolorē cauſant. Et quia totus ſenſus corporis eſt ab anima: ideo ſi in ip̄am aīam aliquid leſiuū agat: de neceſſitate oportet q maxime affligatur.

¶ Quarto notat q anime volūtarie et cū magna patientia ſuſtinent penā purgatorij. D
Patet quia habent cor rectū: ⁊ p ꝯſequēs cōformāt volūtatē ſuam diuine volūtati ⁊ iuſtitie. Item omnis ſapiens vult illud ſine quo nō poteſt puenire ad finem intentum: ſed ſine illa pena non poſſunt venire in celum. Item petūt ſuffragia cum maximo deſiderio. ſm illud Iob. xix. Miſeremini mei / miſeremini mei ſaltem vos amici mei. Habent eñi aīe purgatorij quadruplicē ſciētiam. Unam p ſpecies influxas a deo / ſicut alie ſubſtātie ſepate. Secūdam per ea q̄ hic didicerūt. Tertiā p aīas illic aduenientes. Quartā p angelos bonos reuelātes. Quintam p malos / ſcil3 aliquando eas ſm Tho. deridentes.

¶ Quinto notat q boni angeli nō puniūt animas in purgatorio: quia eorū cōciues ſunt amiciſſimi: I
tamen poſſibile eſt q eas ad loca penarū deducant: nec crucianē miniſterio demonū: q2 aīme eorū victores fuerūt: poſſibile tñ eſt q ip̄i demones q̄ de penis hoīm letant̄: aīas comitēt̄ cū deducunt̄ ab angelis ſctīs / ⁊ aſſiſtant purgādis: tū vt earū penis ſatientur: tum vt in earū exitu a corpe ſuum aliq̄d recipiant. In hoc aūt ſeculo q̄ñ adhuc locus pugne eſt: puniūt hoīes et a malis angelis ſicut ab hoſtib⁹ / vt patet de iob: ⁊ a bonis ſicut pt3 de iacob cui⁹ neruus femoris angelo pcutiēte emarcuit. Gene. xxxij. Sola aūt diuina iuſtitia aīas igne mediāte purgat: ſicut aurifaber p ignē aurū: ſicut tribula grāū: ⁊ cauterio medicus morbū. Quedā etiā ibi pctā leuia illuc deportata purgāt̄: vt dīc grego. iiij. dialogo. Et augu. in de vera penitentia. Oēs vero pene p pctīs q̄tūcūq̄ grauibus debite / q̄s penas nō plene de=

leuit hic contritio:ibi ignis purgabit
Sic patet ꝙ in purgatorio ſunt qua-
druplices pene. Primo carcer loci ma
lus:quia in terra et ꝓpe infernū. Se
cūdo ignis vniformis: ſed ſm diuinā
iuſtitiam difformiter crucians. Ter-
tio demonum aſſiſtentia cruciatiua.
Quarto priuatio beatitudīs. Eſt au-
tem triplex ignis purgatorius. Pri-
mus eſt in alio mūdo in purgatorio q̄
erit acerbiſſimus. Cui⁹ officiū eſt tri-
plex/videlicet purgare a peccatis ve-
nialibus. A penis pro mortalibus cō
tritis:et pro venialibus/pro q̄bus hic
non eſt ſatiſfactum: et ab aliis ſcoriis
anime que ſunt habit⁹ vitioſi/errores
et fomes. Secundus ignis eſt citius
purgatorius/qui erit in ꝯflagratiōe
mundi. Terti⁹ purgatorius ignis eſt
tribulatio preſentis vite. Et ille mul-
to plus purgat ⁊ citius q̄ ignis in lo-
co purgatorii: quia meritū eterne pa
trie auget:et modicus multū de pec-
catorum penis delet:et mortalez cul-
pam ⁊ venialem delere poteſt quo ad
penam. Sed ignis purgatorii p̄mi ſo
lum delet veniale peccatū:⁊ penas de
bitas pro mortalibus cōtritis ⁊ venia
libus:ſed nichil meretur de gaudio:⁊
incomparabiliter tamē eſt maior ter-
K tio igne. ¶ Sexto notat ꝙ vna ani-
ma citi⁹ purgat̄ q̄ alia: vt docet apo-
ſtolus.i.Corinth.iii. exemplificās de
ligno/feno/⁊ ſtipula: quia quedā ve-
nialia ſunt maioris adherētie q̄ alia/
ſm qđ effectus magis ad ea inclinat̄
et fortius in eis figitur:ideo talia tar
dius purgantur. Que autē aīe acer-
bius purgātur/vel que tardius: ſcien
dum ꝙ acerbitas pene proprie reſpō
det quantitati culpe: ſed diuturnitas
reſpondet radicationi culpe in ſubie-
cto. Unde poteſt ꝯtingere ꝙ aliquis ī
purgatorio diutius moret̄: qui min⁹
affligitur et ecōuerſo. Omnia prefa-
ta ſunt Tho. vbi prius. Abbas ioa-
chim libro de ſemine ſcripturarū di-
cit/magis peccatores qui vere in fine
vite penitent:in purgatorio igne vſq̧
ad nouiſſimū diē tales cremari opor-
tere credendi ſunt. Armicanus libro
de queſtione armenoꝝ.li.xiii.di. Veri
ſimile eſt multos vſq̧ ad reſurrectiōez
E ¶ Quo ad ſecūdū principale vtrum falſum teſtimoniū ſit ſemꝑ pctm̄ mortale? Rñ.tho.ſcd̄a ſcd̄e.q.lxx. falſum teſtimoniū triplicē hꝫ deformitatem. Uno mō de piurio: qꝛ teſtes nō admittunꝛ niſi iurati: et ex hoc ſemꝑ eſt peccatū mortale. Alio mō ex violatiōe iuſtitie: ⁊ hoc mō eſt mortale pctm̄ ī ſuo gn̄e: ſicut ⁊ q̄lꝫ īiuſtitia. Et iō ī ꝑcepto decalogi ſub hac forma interdicitꝛ falſum teſtimoniū cū dꝛ exo.xxi. nō loq̄ris cōtra ꝓximū tuū falſum teſtimoniū. Non em̄ cōtra aliquē facit: q̄ eū ab iniuria facienda impedit/ ſed ſolū qui ei ſuam iuſtitiaꝫ tollit. Tertio mō ex ip̄a falſitate/ſm qd̄ oē mēdacium eſt peccatum: et ex hoc non hꝫ falſum teſtimoniū ꝙ ſit ſemꝑ mortale peccatum. Dubitatur vtrū iuramētū obliget ſm intentionem recipientis? Rñ. tho.ſuꝑ.iij.di.xxxix. ⁊ ſecūda ſcd̄e.q. lxxxix.ar.ij. Iuramentū ꝓmiſſorium obligat de neceſſitate vt culpa euitetur. Unde obligat ad illd̄ eē faciēdū: quo nō facto incurritꝛ culpa. Diſtinguendum eſt ḡ in eo qui iurat. Aut eñ ſimplr̄: aut doloſe iurat. Si iurat doloſe: ex duab⁹ partib⁹ poteſt culpa ſequi/ſcꝫ ex fractione iuramēti et ex dolo. Quāuis ḡ ex ip̄a rōne iuramēti in quātū iuramentū/ nō obligetꝛ ad ſeruandū ip̄m niſi ſm ſuam intentiōem. Ad obligationem em̄ voluntas req̄ritur ſicut etiā ad votum: tn̄ ex neceſſitate iuramenti inquātum doloſum fuit obligatꝛ ad ſeruandū talꝛ ꝙ ex dolo eius ali⁹ nō ledatꝛ: ⁊ hoc eſt qn̄ ſm itētionē recipientis iuramentū implet. Uñ dꝫ ſeruari ſm ſanum intellectum eius/cui iuramentū preſtatur. Unde Iſido. Quacūqꝫ arte verboꝝ q̄s iuret: deus tn̄ q̄ cōſcientie teſtis eſt/ hoc ita accipit ſicut ille cui iuratꝛ/ītelligit. Et ꝙ illa verba intelligantꝛ de iuramēto doloſo: ꝑtꝫ ꝑ ea que ſic ſubdit. dupliciter reus fit/qui ⁊ nomen dei inuanuꝫ aſſumit/et ꝓximū dolo capit. Si aūt ſimplicitꝛ/id eſt abſqꝫ dolo iurat: tunc obligatꝛ in foro cōſcientie ſoluꝫ ſm itentionem iurantis non recipientis. Unde Grego. xxvij. moralꝛ. humane aures talia verba noſtra iudicant q̄lia foris ſonant: diuina vero iudicia talia foris audiunt: qualia ex intimis proferuntur. Sed talis ſine dolo iurans/in foro conſcientioſo vbi intentio ignoratur/obligatur ſm qd̄ verba cōmuniter accipi ſolent. Hec ille. Et addit. Iuramētum non debet adhiberi: niſi de aliqua re/de qua aliq̄s firmiter certus eſt: ⁊ non eſt niſi cum magna cautela adhibendum. Notāduꝫ tn̄ ꝙ in quibuſdā caſib⁹ pn̄t aliqui iurare/q̄b⁹ de re nō cōſtat niſi ꝑ fidē ſeu credulitatē. Unde magiſter in.iiij.di. xxxiiij.dic̄ ꝙ ſi mulier accuſat frigiditatē mariti: ip̄a ⁊ ipſe iurabūt de eo ꝙ nunq̄ ꝯmixti ſint/⁊ ſine fraude/cū ſeptima manu ꝓpinq̄ꝝ. Sacramētales em̄ tunc iurabunt: ꝙ credūt eccꝛ ie vera iuraſſe. Idem iuris eſt ſi ſeparenꝛ ꝓpter artitudinē mulieris. Sicut etiam in libro.v.de purga.ca.xiiij. Iurare papa mandat ꝓ purgatione cuiuſdam decani infamati. Similia habes in ſco.vt poſt dicetur. Sed dubitatur quomodo debent verba obligantium intelligi? Rñdet ſco.q.penulti.quotꝛ. ſui. Ad iſtud dubiū habetur reſponſio extra de ſpon.ex litteris.vbi dicitꝛ ſic. Si alter nō intellexit qd̄ alter propoſuit: ad cōmunē verbi intelligentiam recurratur ⁊ cogatur vterqꝫ verba ꝓlata in ſenſu iſto retinere: queꝫ ſolent recte intelligentib⁹ generare. Et glo. adducit illud.ff.de ſuppel.le.l.labeo. Non ex opinionibus ſingulorum: ſꝫ ex communi vſu loquentium verba ſunt intelligenda. Addunt aliij quando verba ſunt duplicia/ et iurans intendit in vno ſenſu/⁊ recipiens ī alio: tunc verba multiplicia aut plus pretendunt vnum iſtorum ſenſuū ſm cōmunē vſum: aut equalitꝛ pretendunt

vtrūq;.Si primū:tunc illius intentio
ni ſtandū eſt qui illū ſenſum intellexit
Si ſecūdū:tunc ſtandū eſt iudicio bo
noꝝ viroꝝ/qui penſatis cōiecturis et
rationibus cōdeſcēdere debent ſanio
ri ⁊ puriori intentōni. Sed quid ſi qs
falſum teſtimoniū ferret ex ignoran=
tia facti? Reſpon.tho.ibidē. In teſti=
monio ferendo nō debet homo ꝓ cer
to aſſerere quaſi ſciens illud/ de q̄ cer
tus nō eſt: ſed dubiū debet ſub dubio
ꝓferre:et id de quo certus eſt pro cer
to aſſerere.Sed quia contingit ex la=
bilitate humane memorie/ ꝙ reputat
ſe homo q̄nq; certum eſſe de eo quod
falſum eſt:vt ſi aliquis cuꝫ debita ſol
licitudine recogitans eſtimat ſe certū
eſſe de eo qđ teſtatur:illud teſtimoni=
um nō eſt falſum:nec peccat mortali=
ter hoc aſſerens quia nō dicit falſum
teſtimoniū ꝑ ſe ⁊ ex intentione ſꝫ per
F accidēs cōtra illđ qđ intēdit. ¶ Du
bitat̄ adhuc.An indeliberatio/in piu
rio:⁊ ſimilit̄ in mēdacio excuſet a pec
cato mortali? Rn̄det ſco.ſup.iii. circa
finē:periuriū qđ eſt ex pleno cōſenſu:
eſt cōtra preceptū prime tabule:⁊ per
ꝯſequens īmediate auertens a fine vl
timo:et ita nichil ſibi deficit de ratiōe
pctī mortalis:ſiue piuriū fiat ex habi
tu/ſiue nō/ſiue ſemel/ ſiue cōſuetudi=
narie.Si aūt fiat piuriū indeliberate
q̄tūcūq; fiat frequēter/cū actus meri
tori⁹ req̄rat ꝙ ſit plene hūanus; ⁊ ita
ex deliberatione plena/⁊ demeritori⁹
nō minus requirat idem: nō eñ deus
eſt pronior ad puniendū q̄ȝ ad premi
andū:poteſt dici ꝙ illud periuriū īde=
liberatū etiam quotiēſcūq; iteratū nō
eſt peccatum mortale. Notandum ta
men ꝙ virtuoſus breuem habet deli=
berationem/q̄ non videtur delibera=
tio: quia habet prudentiam magnaꝫ
et prōptus eſt ad deliberandū quaſi ī
tempore imperceptibili. Ita poſſꝫ ali
quis ex habitu oppoſito prudentie ac
quirere facultatem deliberandi prō=
pte de oppoſito quaſi in tempore īp=
ceptibili:et illa deliberatio ſequēs ha
bitum eſſet ſufficiens ad rationē pec=
cati. Sicut ꝯſimilis deliberatio in bo
no eſſet ſufficiens ad rationem meri=
ti. Non ergo diſtinguo q̄tū ad rōnem
peccati mortalis/q̄tum ad raritatem
et frequentiā piurii: ſed inter delibe=
rationem et indeliberationem. Ita ꝙ
deliberatio cōcurrens reddit peccatū
mortale:et hoc ſiue vnica/ſiue ex con
ſuetudine.Et indeliberatio excuſat/ſi
ue ſemel/ſiue quotienſcūq;. Hec ſco.
Idem tenet de mēdacio ad hoc ꝙ ſit
mortale vel veniale. Vide etiā de hoc
ſupra/ſcđo precepto ꝑ totū. ¶ Quā G
tum ad tertiū prīcipale queritur vtrū
adducēs deū in teſtem/vt fit in iura=
mento aſſertorio ad aliquid qđ talis
credit eſſe verū/lꝫ non ſit verū:aut ad
aliquid de quo aliquaꝫ habet opinio
nem/⁊ tamen magis aſſentit oppoſi=
to:peccet mortaliter. Rn̄det Sco. vbi
prius ſup.iii.dicēs. Dico q̄ȝ ille cui iu
ratur aut accipit ex lege poſitiua/ aut
ex cōſuetudine iuramentū:tanq̄ȝ ſim=
pliciter aſſertiuū iurati:aut non tanq̄ȝ
ſimpliciter aſſertiuū/ſed probabiliter
inductiuū ad credēdū iuramēto. Pri
mo mō dico ꝙ iurans quomodocūq;
dubiū/hoc eſt ꝙ nō eſt ſimpliciter cer
tum et deliberate/peccat mortalit̄:qꝛ
ad confirmandū id qđ aſſerit ſimpli=
citer eſſe certū et verū/deū teſtē indu=
cit:cum non ſit ſimpliciter certum.Et
hoc mō debent intelligi oīa iuramen
ta illoꝝ qui aliquid iurant in iudicio
ꝓ quo ſentētia aliqua ꝯſueuit ferri:q̄
ſentētia omnino nō deberet ferri/niſi
illud aſſertum eſſet ſimplr̄ certū. Ver
bi gr̄a.ſententia mortis nō debet fer=
ri niſi pro crimine certo : ergo iurans
iſtū eſſe criminoſum/cū nō ſit certus/
quātūcūq; tn̄ ꝓbabilit̄ cōiecturet euꝫ
eſſe talē/⁊ hoc iurans in tali foro/vbi
ex lege poſitiua vel cōſuetudine ſeq̄t
dānatio ad mortē:peccat mortaliter.
Cōſilr̄ in foro quocūq; : vbi ex hoc ꝙ
aliquis cōuictus ꝑ iurantes vel iura=
mēta cōdēnat̄ tanq̄ȝ reus ſimplr̄. Ibi
nō tantū fit irreuerētia noī dei cōtra
p̄ceptū prīe tabule:ſed eſt ꝑniciofum:
quia nociuū ꝓxīo. ¶ Et ſi dicas eſt H

vtile reipublice:alioquin mali nimis
multiplicarentur. Rō.dn̄s deut.xvi.
Juſte qḋ iuſtū eſt exequeris. Sunt eñ
quedam mala q̄ nō ſunt punienda p
hoīes/ſed relinquenda iuriſdictiōi di-
uine:puta omnia in quibus homo vt
hō nō pōt ſufficienter docere veritatē
eo mō q̄ deberet doceri/ad hoc vt iu-
ſte ferretur ſententia debita poſitiua.
Nec in iſtis ſunt ſoli teſtes culpabi-
les:ſz etiam iudex:ſi tñ ipe ſciat ꝙ ex
cōſuetudine teſtes non teſtificant̄ ſub
iuramēto/ſed ſub credulitate: tūc eñ
nō deberet iſte ferre ſententiā:qualis
eſſet ferēda ſi culpa eēt ſimpliciter ꝓ
bata coram eo.Scit eñ ex cōſuetudi-
ne culpā nō eſſe ſufficienter ꝓbatā co
ram eo:vt tali pena puniat̄. Si autez
ex lege poſitiua habeatur/ vel cōſue-
tudine ꝙ iurans nō teneat̄ deponere
de certitudine/ſed de credulitate: tūc
etiā iurās nō peccat/ dūmō ex ſignis
ꝓbabilibus cōiecturet partē illā ma
gis q̄ aliam:ſicut habet̄ de ſcrutinio
in ordine faciendo.ca.vnico.Jn pro-
motionibus q̄ talibꝰ/ſiue ad quaſcū-
qꝫ dignitates p electiones/aut ad or-
dines/aut etiam in alijs collegijs/pu
ta vniuerſitatibus ad collegiū/in reli
gionibus ad prelationē/vel ad actus
alios:ſi conſuetudo approbata habet
ꝙ reſpōſiones reſpōdētiū ſub iuramē
to p̄ſtito/vel ſub fide data/vl' ſub obe
dientia promiſſa/non debent intelli-
gi niſi de credulitate quantū pōt hu-
mana fragilitas noſſe/et ꝙ rn̄dēs nō
nouit dignitatē in eo debēt oēs tales
reſponſiones intelligi ſm cōſuetudi-
nem cōmunē:nec reſpōdētes peccant
in aliquo:qꝛ cōſuetudo eſt/ vel lex po
ſitiua ꝙ talis teſtificatio de credulita
te ſufficiat:et ita fit in fauorabilibus.
J ¶ Uniuerſaliter aūt ſiue ī fauorabili
bus/ſiue in odioſis/iurans de illo cu
ius oppoſitū magis credit q̄ aliud:iu
rās etiā de illo de quo ſimpl'r eſt dubi
us/id eſt nō magis aſſentit vni pti q̄
alteri/peccat mortalit̄.qꝛ adducit de
um tanq̄ ī teſtē iſtiꝰ qḋ neutro mō eſt
ſibi certū qḋ dꝫ eē certū. Pōt eñ piu-
riū eē abſqꝫ mentiri:puta ſi aliqs ſim
plicit̄ dubitans/iurat partē de q̄ du-
bitat:quā forte dicēdo nō mentiretur
qꝛ nō hꝫ oppoſitū in mente. Aut saltē
in aliquo caſu vbi iurans tenet̄ eē cer
tus peierat:ſi nō eſt ibi certus : ⁊ tñ ſi
illud aſſereret ſine iuramēto credens
illud plus q̄ oppoſitū/nō mentiretur
Periculoſum eſt ergo frequenter ha
bere iuramēta in ore: quia in multis
ſermonibus ſine iuramēto:nec pecca
ret quis/vbi addito iuramēto peccat
quis/ et grauiter ſi fiat ex deliberatio
ne. Propter qḋ eſt vtile illud conſili-
um Math.v.Sit ſermo veſter/eſt:eſt.
nō:non. Hec de Sco.

¶ Capitulum primū noni prece
pti. De ignorantia: quotuplex:⁊
q̄ periculoſa.

PReceptum nonū. Nō
cōcupiſces vxorē ꝓxi
mi tui. Exo.xx.⁊ deut.
v.hoc mādato ⁊ ſequē
ti hō in ſeipō ordinat̄
in affectibus. ¶ Sꝫ A
qꝛ ſciētia ſeu noticia p̄
cedit affectum : et carētia ſcientie ne-
ceſſarioꝝ q̄ vocat̄ ignorantia/ cauſa ē
multoꝝ peccatoꝝ:iccirco p̄mo dicēda
ſunt de ignorantia tria principaliter.
Primo q̄d ſit:⁊ q̄d ſcire tenemur: ⁊ q̄
tuplex eſt. Scḋo qñ ē pctm̄: qñ auget
vel diminuit pctm̄. Tertio q̄ periculo
ſa ſit ignorātia. ¶ Quātum ad p̄mū B
notandū ꝙ neceſſariū eſt de ignoran-
tia tractare:quia ignorantia eſt quan
doqꝫ pctm̄ mortale: ⁊ ſcire eſt p ꝯñs ī
precepto. Ptꝫ p illud math.xxv. Eſu
riui ⁊ nō dediſtj michi mānducare. Et
ſtatim dicēt hedi:vbi vidimus te eſu-
rientē?/qſi dicerēt.ignorauimus te pa
ſcere ī paupibus. Sꝫ xp̄s dicet:q̄diu
non feciſtis vni de minoribꝰ iſtis:nec
michi feciſtj. Et iterū. Diſcedite a me
maledicti in ignē eternū. Jdē ptꝫ.i. Co
rinth.xiiij. Jgnorās ignorabit̄. Sꝫ q̄
ignoratur a deo eſt priuatus ſigno ca
ritatis/et damnatur cum fatuis vir-
ginibus:quibꝰ xp̄s clauſit ianuā di-

pš.14. cēs/neſcio vos. Jccirco orat pš. De
licta iuuētutis mee/ ꝛ ignorātias me
as ne memineris. Secūdo notādū ꝙ
ignorātia que eſt pctm̄ eſt priuatio ſci
entie debite: quā quis pōt hēre ꝛ ſci=
re tenet. Dr quā pōt hēre: qꝛ ſi ē ipoſ=
ſibilis: excuſat/ qꝛ īuincibilis. Dr de=
bite/ qꝛ ſi nō cadit ſub debito: non eſt
C pctm̄. ¶ Tertio notandū ꝙ ex debi=
to tenet diuerſi diuerſa ſcire. Sūt aūt
ſeptē q̄ quilꝫ adultus ſcire tenet/ aut
operā dare ad talia addiſcendū. Pri
ma tria ponit tho. tractatu de decē p̄=
ceptis. Prīo quilꝫ tenet ſcire creden
da q̄ in ſymbolo tenētur/ ꝛ docent: de
quibꝰ p̄mo p̄cepto dictū eſt ca.ij. Se=
cūdo deſiderāda: q̄ de orōne dn̄ica ēt ī
p̄mo p̄cepto dicta ſunt. Tertio operā
da q̄ docēt hoīes leges. Eſt eīm hō ſub
triplici lege/ ſcꝫ ſub lege nature: diui=
na: ꝛ ſub poſitiua. Lex nature nichil
aliud eſt ꝙ lumen intellectꝰ nobis in
fuſum a deo/ ꝑ qḋ cognoſcimꝰ q̇d vi=
tare/ q̇d ve agere debeamꝰ. Et hāc de
dit nobis deꝰ ī creatiōe: a q̄ multi per
ignorantiā ſe excuſari putāt. Vn̄ pš.
pš.4. Multi dicūt/ quis oſtdit nobis bona?
Ibidē. Rn̄dit dauid. Signatū eſt ſup nos lu
men vultus tui dn̄e. Hec lex in oībus
eſt: iudeis/ paganis/ et xp̄ianis. Et in
clinat ad talia et ſimilia: q̄ vultis/ ſup
ple ſm rōnem rectā: vt faciant vobis
ſupple ex debito/ homines: eadem fa
cite eis. Et q̄ non vultis/ ſupple ſꝫ ra
tionē rectā vobis fieri/ ſupple indebi
te: aliis ne faciatis. Oē bonū eſt faciē
dum: nullū malū eſt faciendū: ꝛ ſimi=
lia. De quibus Ro.ij. gentes que le=
gem ſupple ſcriptam nō habent/ natu
raliter ea que legis ſunt faciunt. Eiuſ
modi legē nō hn̄tes: ipſi ſibi ſunt lex:
qui oſtendūt opus legis ſcriptū ī cor=
dibus ſuis teſtimoniū reddente illis
cōſcientia ipſoꝝ. Scdo eſt quilꝫ ſub le
ge diuina/ q̄ tradit ī ſcripturis ſacris
noui teſtamenti precipue inter q̄ ſum
me neceſſariū eſt ſcire decem p̄cepta.
Ad que ſcienda vt dicit cancellarius
in triptito/ tenetur quilibet per ſe vel
ꝑ aliū talem diligentiam apponere ꝓ

cōſeruatione vite ſpiritualis quā pro
vite corporalis ſuſtentatione poneret
et eo maiorem quo īmortalis aīa eſt
preſtantior corpore. Ratio eſt: quia ſi
ne preceptorum notitia nullus conue
nienter peccata vitare poteſt/ aut ab
eis reſurgere. Hoꝝ eñ ignorantia ex
deſiderio proueniens non excuſat/ ſꝫ
accuſat ꝛ cōdemnat. Tertio quilibet
homo eſt etiam ſub lege poſitiua ec=
cleſie. Unde tho. in. iiij. diſt. xl. ar. vlti.
vi. Eccleſie preceptū habet eādeꝫ vim
obligandi ſicut diuinū preceptū. Un=
de luce. x. qui vos audit me audit: ꝛ q̄
vos ſpernit me ſpernit. Talis lex ꝓ=
nūciat in parrochijs die dn̄ico: de ie=
iunando: feſtiuando: ꝛ excōmunica=
tos vitando. Item in die palmaꝝ qū
indicatur quis non debeat cōicare.
D ¶ Dubitatur hic: vtrū leges huma=
ne imponant homini neceſſitatē q̄tū
ad forū ꝯſciētie ſiue ſint iuſte/ ſiue in=
iuſte? Rn̄. tho. p̄ma ſcđe. q. xcvi. ar. iiij
leges impoſite humanitus: vel ſūt iu=
ſte/ vel iniuſte. Si quidē iuſte ſint: ha=
bent vim obligandi in foro cōſcientie
a lege eterna/ a qua deriuant. Vn̄ ꝓ=
uerbio. viij. ꝑ me reges regnant: et le
gū cōditores iuſta decernūt. Dicunt
aūt leges iuſte: ꝛ ex fine/ qñ ſcꝫ ordinā
tur ad bonū cōmune: et ex auctorita=
te/ qñ ſcꝫ lex data non excedit poteſta
tem ferentis: et ex forma/ qñ ſm eq̄li=
tatem ꝓportionis imponūtur ſubdi=
tis onera ad bonū cōmune. Cū eīm vnꝰ
hō ſit pars mltitudinis: qlꝫ hō hoc ip=
ſum qḋ eſt ꝛ qḋ habet/ eſt multitudi=
nis: ſicut et quelꝫ pars eſt id qḋ eſt to
tius. Unde ꝛ natura aliquod detrimē
tum infert parti: vt ſaluet totū. Et ſm
hoc leges huiuſmodi onera propor=
tionabiliter ferenda imponētes: iuſte
ſunt: et obligant in foro cōſcientie: et
E ſunt leges legales. ¶ Iniuſte auteꝫ
ſunt leges dupl'r. Uno modo per con
trarietatem ad bonū humanū ecōtra
rio predictis ſcꝫ vel ex fine/ ſicut cum
aliquis preſidens leges imponit one
roſas ſubditis non ꝑtinentes ad vtilī
tatem cōmunem/ ſed magis ad pro=

pꝛiam cupiditatem aut gloꝛiam: vel
etiam ex auctoꝛitate/ ſicut cum aliqͤ
legem fert vltra cõmiſſam ſibi aucto=
ritatem ſiue poteſtatẽ: vl'etiam ex foꝛ
ma: puta cũ inequaliter onera multi=
tudinis diſpenſant/etiã ſi oꝛdinentur
ad bonũ cõmune. Et hmõi ſunt magiſ
violentie ꝙ̃ leges. Tales nõ obligant
in foro cõſcientie: niſi foꝛte ꝓpter vi=
tandũ ſcandalũ vel turbationẽ: ꝓpẽ
qᷣ etiam homo iuri ſuo cedere dꝫ: ſm
illᷣ math.v. Qui te angariauerit mil
le paſſus: vade cuꝫ eo alia duo/et qui
abſtulit tibi tunicam: da ei ꝛ pallium.
Alio mõ leges poſſunt eẽ iniuſte ꝑ cõ
trarietatem ad bonũ diuinũ: ſicut le=
ges tyrãnoꝝ inducẽtes ad idolatriã/
vel quodlꝫ aliud qᷣ eſt cõtra legẽ di=
uinam. Et tales nullo mõ licet obſer=
uare: qꝛ ſicut dr̃ Act.iiij. obedire opꝫ
F deo magiſ ꝙ̃ hoĩb⁹. Hec tho. ¶ Sed
qualiter peccãt leges iniquas ſtatuẽ
tes? Rñ. Bay. in ſũma. Qui cõdũt le=
ges iniquas/ vel ſtatuta cõtra legem
dei/vel cõtra libertatẽ eccleſiaſticã vt
ſolent facere plerigꝫ ꝑ̃ncipes ꝛ cõmu=
nitates circa vſuras ſoluẽdas: vel nõ
repetendas coꝛam iudice eccl'iaſtico:
et multa alia equipollẽtia ipo iure nõ
valent leges ſue ꝯtra maioꝛẽ/ſcꝫ deũ.
Faciẽtes igiẽ ꝛ cõſentientes peccant
moꝛtaliter ꝛ heredes eoꝝ/niſi deſtru=
ant/nulla conſuetudine obſtãte: imo
niſi ãmoniti tales leges omiſerint: ex
cõmunicati ſunt. Item q̃ damnificati
ſunt occaſiõe taliũ legũ: tenenẽ ſtatuẽ
tes ꝛ heredes eoꝝ ad reſtitutionẽ. Te
nenẽ etiam inſolidũ: qui induxerunt
ꝑ̃ncipem ad condendum tales leges.
Item oẽs obſeruantes peccant moꝛ=
taliter/ ꝛ tenẽtur ad reſtitutionẽ oĩm
eoꝝ q̃ taliũ legũ occaſione lucrati ſũt.
G Hec ꝟ ſũma iohãnis lib.ij. ¶ Quar
to ſcire tenenẽ ſinguli homines dicit
tho. ꝑ̃ma ſcḋe.q.lxxvi.ar.ij. ea q̃ ad eo
rũ ſtatũ ꝑtinent vel officiũ: vt religio=
ſus ea que ſunt religionis: ſacerdos/
ep̃s/iudex/ſcabin⁹/artifex/mechani=
cus et ſimiles/ea q̃ ad eoꝝ officiũ per
tinent: ſine quoꝝ ſcientia nõ põt q̃ſq̄

debitum actum exercere. ¶ Quinto D
quilibet ſcire tenetur aliqualiter tem
poꝛe quo vult eukariſtiã recipere: an
ſit ſine peccato moꝛtali/vel non/ quia
al's indigne manducans: ſibi iudiciũ
manducat ꝛ bibit. De qua ſcientia lo
quiẽ apl's.i.coꝛinth.xi. Probet autẽ
ſeipm̃ homo/ et ſic de pane illo edat/
id eſt examinet ꝑ diſcuſſionem cõſciẽ
tiam ſuam. Que qualiter fieri opoꝛte
at: habes ſupꝛa.iij. precepto de cõmu
nione. Et vt cancellarius dicit tracta
tu de pollutõne nocturna. Sufficit ta
lis certitudo qualem in materia mo=
rali cõſueuimus expetere/ q̃ certitu=
do vocatur moꝛalis ſiue ciuilis. Et ad
hanc certitudinem moꝛalem/ ſufficit
vtplurimũ ꝙ ſi homo accedẽs ad miſ
ſam celebrandã diſcuſſerit cõſcientiã
ſuam/ſicut feciſſet ꝓ magna re lucrã
da: aut incõmodo graui deuitando: et
ꝙ nõ ſit ſibi cõſcius poſt hãc diſcuſſio
nẽ de pctõ moꝛtali: aut ꝟ ꝓpoſito pec
candi moꝛtaliter: ꝙ inſuꝑ non noſcat
ſe aliquod impedimẽtũ legitimũ per
excõicationẽ aut irregularitatem ha=
bere. Hec ille. Ad ideꝫ tradit idẽ tres
regl'as ĩ ſuo triptito: q̃s habes ſupꝛa
de ſacramẽto penitẽtie. ¶ Sexto q̃= 9
libet tenetẽ ſcire bñficia manifeſta ſibi
a bñfactoꝛe ſuo impẽſa: qꝛ al's viciũ
ingratitudinis incurrit. Ubi ꝑ̃mo no=
tandũ ꝙ opꝫ ꝑ virtutem gratitudinis
bñfaciẽti aliquid retribuere: qᷣ fieri
nequit niſi bñficiũ agnoſcaẽ: vt ꝓbat
tho. in.iiij.di.xxij. Et ſcḋa ſcḋe.q.cvi.
et ſequẽti. quia ꝗuis iſte qui donat li
beraliter/nõ intendat debitoꝛẽ conſti
tuere illũ cui gratis donat debito ciui
li ſeu legali/videlicet vt pacto firmeẽ
ꝙ tantũ ꝓ tanto tribuaẽ: tamẽ conſti
tuit eum debitoꝛeꝫ debito moꝛali ſeu
honeſtatis: quia ad virtutem gratitu=
dinis ꝑtinet retributio: que fit ex ſolo
debito honeſtatis/quam ſcilꝫ aliquis
ſponte facit ꝛc̃. Secundo notandũ ꝙ
tres ſunt gradus/nõ dico ſpecies ğti
tudinis. Primus eſt ꝙ hõ beneficiuꝫ
acceptum recognoſcat. Secũd⁹ ꝙ lau
det ꝛ gr̃as agat. Tertius ꝙ retribuat

pro loco ꝛ tempoꝛe ſm ſuam facalta=
K tem. ¶ Sed dubitatur vtrū quis pl⁹
teneatur ad grates reddēdas deo pe=
nitens ꝙ innocēs? Rñ.tho.in.iiij.di.
xxij.ꝛ.ij.ſcđe.q.vbi pri⁹.gratiaꝝ actio
reſpicit et quantitatē doni/ꝛ modum
gratuite dationis.Et ex vtroqꝫ menſu
ram recipit:qꝛ tā maioꝛi dono/ꝙ ma=
gis gratis dato:maioꝛ gratiarū actio
debetur.Cōſiderādo ergo quantitatē
doni:ſic innocēs magis tenet.Tū qꝛ
maius donū ei datur vicꝫ innocētia ꝙ
ſit reſtitutio iuſtitie.Tū etiā quia ma=
gis continuat gratia in eo ne cadat ce
teris paribus abſolute loquendo.De
primo dicit aug.ij.confeſſi.Quis ho=
minū cogitans ſuā infirmitatē:audet
virib⁹ ſuis attribuere caſtitatem atqꝫ
innocētiam ſuā:vt minus amet te/q̄ſi
minus fuerit ei neceſſaria mīa tua do
nans pctā conuerſis ad te? Et ſubdit:
et ideo tantūdem īmo amplius te dili
gat:qꝛ ꝑ quem me videt tantis pctōꝝ
meoꝛū languoꝛibus exui:per eū ſe vi=
det tantis pctōꝝ languoꝛib⁹ non īpli=
cari.De ſcđo dicit ibidē.gratie tue de
puto/ꝛ mīe tue:ꝙ pctā mea tanꝙ gla=
ciem ſoluiſti.gratie tue deputo:ꝛ que
cunqꝫ non feci mala.Quid eñ nō fa=
cere potui? ꝛ oīa michi dimiſſa eſſe fa
teoꝛ:et que mea ſponte feci mala/et q̄
te duce nō feci.Alio mō poteſt dici ma
ioꝛ gratia.qꝛ magis datur gratiſ.et ſꝫ
hoc magis tenetur ad gratiarū actio=
nes penitēs ꝙ īnocens.qꝛ magis gra
tis daƚ id quod ei datur a deo.Cū eñ
dignus eſſet pena:datur ei gr̄a.ꝛ ſicl[3]
illud donū quod datur īnocēti ſit ab=
ſolute conſideratū maius:tñ donū qđ
daƚ penitēti eſt maius in cōpatiōe ad
ip̄m.Sicut etiā paruū donū paupi da
tum ei eſt maius ꝙ diuiti magnuꝫ.Et
qꝛ actus circa ſingularia ſunt:ī his q̄
agēda ſunt magis ꝯſideraƚ qđ hic eſt
vel nūc tale ꝙ qđ eſt ſimplr̄ tale.vt di
cit phs.iij.ethi.de volūtario ꝛ īuolun=
tario.vñ Luce.vij.Cui plus dimittiƚ:
L plus diligit. ¶ Tertio notādū ꝙ mul
tis tenemur grati eſſe aliqua ꝑdictaꝝ
retributione.Prīo deo.Scđo paren=
tibus.Tertio p̄latis ſpūalib⁹.Quar=
to prelatis tēpoꝛalibus.Quito aliis
qui nobis benefecerūt.Et inter prefa
tos quattuoꝛ adhuc ſunt nouem gn̄a
hoīm/q̄bus poſſet videri ꝙ bñficia eis
eſſent totaliter ſubtrahenda.ꝛ tñ ſunt
eis cōicanda in parte vel in toto.Pri
mo q̄ dant cū cōtumelia ꝛ tarditate vƚ
cū triſtitia.Nā bonū animi eſt:vt ma
gis attendat quis ad bonū ꝙ ad ma=
lum.ꝛ ideo ſi aliquis bñficiū dedit/nō
eo mō quo debuit:nō oīno dꝫ recipiēs
a gratiaꝝ actione ceſſare:min⁹ tñ ꝙ ſi
mō debito ꝑſtitiſſet.qꝛ vt Sene.dicit li.
ij.de bñficiis.Multuꝫ celeritas fecit:
multuꝫ abſtulit moꝛa.Scđo de iſtis q̄
aliqua beneficia dāt ꝓpter ſuā vtilita
tem.De quib⁹ dicit Sene.li.vi.de bñ
ficiis.Multū intereſt vtrū aliq̄s bñfi=
ciū nobis det ſua cauſa:an ſua et nr̄a.
Ille qui totus ad ſe ſpectat/ꝛ nobis ꝓ
deſt:qꝛ aliter ſibi ꝓdeſſe nō poteſt:eo
loco michi habēd⁹ videƚ/quo q̄ peco=
ri ſuo hibernū ꝛ eſtiuū pabulū ꝓſpicit
ſi me in cōſoꝛtiū admiſit/ſi duos cogi=
tauit:igratus ſum et iniuſtus niſi gau
deo hoc illi ꝓfuiſſe/qđ ꝓderat michi.
Sūme malignitatis eſt nō vacare bñ=
ficiū:niſi quod dantē aliquo incōmo=
do afficit.Tertio de iſtis q̄b⁹ nō eſt ne
ceſſariū vt eis aliq̄d detur:vt diuitib⁹.
ideo dicit ſm Sene.li.ij.de bñficiis ꝙ
quantūcunqꝫ q̄s felix ſit:tñ pōt ſibi fie
ri recōpēſatio bñficij per exhibitionē
reuerētie ꝛ honoꝛis.Uñ dicit phs.viij.
ethi.ꝙ ſupexcellenti quidē dꝫ fieri ho
noꝛis retributio:īdigenti autē retribu
tio lucri.Et.v.li.dicit Seneca.Redde
re poſſumus felicibus fidele conſiliū.
aſſiduā conuerſationē.ſermonē com=
munē/ꝛ ſine adulatiōe iocundū.Etiaꝫ
qui gratus beneficiuꝫ accipit.vt di.li.
ij.primā eius penſionē ſoluit.ꝙ grate
autem ad nos beneficia peruenerint:
iudicemus effuſis affectib⁹/quod nō
ipſo tantū audiēte:ſed vbiqꝫ teſtemur
hec ille.Quarto de peccatoꝛib⁹.Nā
ſi iſte qui beneficiū dedit in peius mu
tatus eſt:debet tamē ſibi fieri recom=
penſatio ſm ſtatū ipſius/vt.ſcꝫ ad vir=

tutem reducatur/ſi ſit poſſibile.Si au
tem ſit īſanabilis ꝓpter maliciã: tūc
alter eſt effectus ꝙ prius erat.et ideo
debetur ei recõpenſatio beneficij ſicut
prius.Attamẽ quãtũcũqȝ fieri poteſt
ſalua honeſtate:memoria debet habe
ri priſtini beneficij.vt ptȝ per pħm.ix.
ethi.Sexto de ſeruis reſpectu dñorũ.
Unde Seneca li.iij.de bñficijs.Quã-
diu ſeruus preſtat/quod a ſeruo exigi
ſolet:miniſteriũ eſt.vbi pl⁹ ꝙ a ſeruo
neceſſe eſt:beneficiũ eſt.Et idõ ſeruis
vltra debitũ facientibus/ gratie ſunt
habende. ¶ Septio de ingratis.vbi
D diſtinguenduȝ eſt. Nã in ingrato duo
penſanda ſunt.Primo quidem ꝙ di-
gnus ſit ipſe pati.⁊ ſic certũ eſt ꝙ me-
retur beneficij ſubtractionẽ.Alio mo
do cõſiderãdum eſt quid oporteat/ſcȝ
beneficiũ facere.Primo nanqȝ nõ de
bet eſſe facilis ad ingratitudinẽ iudi-
candam:qꝛ frequenter aliquis (vt dic
Seneca) qui non reddit:nõ ſemꝑ īgra
tus eſt.quia forte nõ occurrit ei facul
tas/aut debita oportunitas reddendi
Secũdo debet tendere ad hoc ꝙ de in
grato gratũ faciat/ quod ſi non poteſt
primo beneficio facere:forte faciet ſe-
cundo.vñ Luce.vi.Altiſſim⁹ benign⁹
eſt ſuper ingratos ⁊ malos.Siuero ex
beneficijs multiplicatis ingratitudi-
nem augeat/⁊ peior fiat:debet a bene
ficiorũ exhibitõne ceſſare. Octauo de
iſto cui beneficiũ impenſum inutile fo
ret aut nociuũ ſibi fieret. Recompen-
ſatio enĩ beneficij precipue pendet ex
affectu.⁊ ideo eo modo debet fieri re-
compenſatio quo magis ſit vtilis.ſi tñ
poſtea per eius incuriã in damnũ ipi⁹
vertatur:nõ imputatur recõpenſanti.
Sed quid ſi quis iuuit alium peccan-
do:tenetur ne gratus eſſe? Rñ. Tho.
gratitudo reſpicit beneficiũ.Ille autẽ
qui alicui auxiliatur ad peccandũ nõ
confert beneficiũ/ſed magis nocumẽ
tum.⁊ ideo non debetur ei gratiarum
actio:niſi forte ꝓpẽ volũtatẽ ſi ſit dece
ptus dum credidit adiuuare ad bonũ
et adiuuit ad peccanduȝ.ſed tunc non
debetur recõpenſatio talis vt adiuue-
tur ad peccandũ:quia hoc non eſſȝ re
compenſare bonũ/ſed malũ quod cõ-
trariatẽ gratitudini. Nono an ſibi ꝗ
debeat beneficiũ ꝑſtare? Rñ.ꝙ reſpe-
ctu ſui nõ ẽ ꝓpꝛe bñficiũ/ſed metapho
rice:inquantũ videlȝ (ſm pħm.v.ethi.)
accipiũtur diuerſe partes hominis ſi-
cut diuerſe perſone.Unde miſerere a-
nime tue placens deo.Eccliaſt.xxx.
K ¶ Quarto notãdũ ꝙ multi ſunt gra-
dus ingratitudinis.Prim⁹ in eo qui
non retribuit beneficiũ acceptũ opere
aliquali.Secũdus in eo qui retribuit
beneficio mala.Tertius in eo qui diſ-
ſimulat quaſi nõ demonſtrãs ſe bene
ficium accepiſſe/ vt verbo non grates
referens/nec laudãs. Quartus in eo
qui beneficiũ vituperat. Quintus in
eo qui nõ recognoſcit/ſiue per obliuio
nem/ſiue quocũqȝ alio modo. Intelli
ge non quidem de obliuione que ꝓue
nit ex naturali defectu:quia illa nõ eſt
peccatũ:quia nõ ſubiacet volũtati:ſed
de illa que ex negligentia prouenit.de
qua Sene.iij.de beneficijs:apparet il
lum non ſepe de reddendo cogitaſſe:
cui obtexit obliuio.hic quĩtus grad⁹
reſpectu precedentiũ eſt grauiſſimus
Sextus eſt in eo qui beneficiũ q̃ſi ma-
leficium reputat.Primi duo opponũ
tur tertio gradui gratitudinis ſupra
recitato.medij duo/ſcdo.⁊ vltimi duo
primo. Eſt alius modus ingratitudi-
nis īpropꝛie dicte:qñ quis beneficiuȝ
recipit ⁊ ignorat quis dedit. Non enĩ
talis peccat:nec īgratus eſt/ſi bñficiũ
non recompẽſat: dũmodo ſit paratus
beneficiũ recompenſare ſi noſcat. Eſt
autẽ laudabile quãdoqȝ vt ille cui da-
tur beneficiũ ignoret quis preſtet.Tũ
propter inanis glorie vitationẽ.Sicut
beatus Nicolaus aurum in domũ vi-
cini ſui furtim proijciens:qꝛ vitare vo
luit humanũ fauorem. Tum etiaȝ qꝛ
in hoc ipſo amplius beneficiũ facit:ꝙ
conſulit verecundie eius qui bñficiuȝ
accipit. Ideo Sene.ij.de beneficijs.in
terdum qui iuuatur fallend⁹ eſt:vt ha
beat.nec a quo cepit/ſciat. Quinto no
tandũ ꝙ ingratitudo aliqñ eſt peccatũ

mortale.Unde.ij.thi.iij.parẽtibus nõ
obedientes/ĩgrati/ſceleſti.Eſt etiã ali
quando veniale. Nã vt tho.vbi ſupra
di.q.cvij. Ingratus dicit aliquis du=
pliciter.Uno modo per ſolã omiſſio=
nem.puta qꝛ nõ recognoſcit vl'nõ lau
dat/vel nõ retribuit vices pro bñficio
accepto:ꝛ hoc nõ eſt ſemꝑ mortale.qꝛ
debitũ gratitudinis eſt:vt ſupra dictũ
eſt:vt homo etiam liberaliter tribuat/
ad quod nõ tenetur.Et ideo ſi illud pre
termittit:nõ peccat mortaliter. Eſt tñ
peccatũ veniale.qꝛ hoc prouenit ex ne
gligentia quadã/aut ex aliqua ĩdiſpo
ſitione hoĩs ad virtutẽ.Poteſt tamen
contingere ꝙ etiã talis ingratitudo ſit
peccatũ mortale:vel ꝓpter interiorez
contemptũ/vel etiã propter cõditionẽ
ei⁹ quod ſubtrahitur beneficio/quod
ex neceſſitate ei debetur ſiue ſimplici=
ter/ſiue in aliq̊ neceſſitatis caſu. Alio
modo dicitur aliquis ĩgratus:qꝛ non
ſolũ ꝑtermittit implere gratitudinis
debitum:ſed etiã contrariũ eius agit.
Et hoc etiã ſm conditionẽ eius quod
agitur: quandoq; eſt peccatũ mortale
qñq; veniale. Sciendũ tñ ꝙ ingratitu
do que ꝓuenit ex peccato mortali ha=
bet perfectã ĩgratitudinis rationem.
Illa vero que prouenit ex pctõ veniali
ĩꝑfectã.Hec oĩa ab initio illi⁹ materie
de ĝtitudine/ſunt de mẽte tho.vbi ꝑ⁹.

Capitulũ ſecundũ. De cognitio
ne propria et defectu.

A Eptimo debet quili=
bet ſcire aliqualr ſu=
as infirmitates et mi
ſerias quia alr's ſupbi
ret. Und bern.ſermo
ne.xxxvij. ſuper cãti.
nemo abſq; ſui cogni
tione ſaluari poteſt.de qua nimiꝝ ma
ter ſalutis humilitas oritur/et timor
dñi/q̃ ꝛ ipſe ſicut initiũ eſt ſapiẽtie:ita
ꝛ ſalutis. Nemo dico abſq; illa cogni
tione ſaluatur.q̃ tñ etatem habet ꝛ fa
cultatẽ cognoſcẽdi:qd ꝓpter paruu=
los loquor:ꝛ ꝓpter fatuos quorũ alia
eſt ratio. Quid ſi ignoras deũ:poterit
ne ſpes eſſe ſalutis? Nec hoc quidem
Nec eñ eum potes amare:quẽ neſci=
as:aut habere quẽ nõ amaueris. No
ueris proĩde te vt deũ timeas. nouerĩ
ipſuz:vt eque ipſum diligas. In alte=
ro initiaris ad ſapientiã.in altero ꝛ cõ
ſummaris.qꝛ initiũ ſapiẽtie timor dñi ps.no.
ꝛ plenitudo legis eſt caritas. Tam er
go vtraq; ignorantia cauẽda eſt tibi.
qm̃ ſine timore et amore dei ſaluus eſ
ſe non potes.Et quẽadmodũ ex noti=
tia tui/veniet ĩ te timor dei/atq; ex dei
notitia dei itidem amor: ſic ecõtrario
de ignorãtia tui ſuꝑbia/ꝛ de dei igno=
rantia deſperatio.Tui ergo ignoran=
tia/ꝛ dei:maxime fugiẽda eſt. Hec de
Bernar. Ad cognoſcendũ autẽ ſe: B
notanda ſunt tria pꝛĩcipaliter. Prĩo
quanti ſint defectus noſtri. Scdo cur
tam difficile ſit humiliare ſe. Tertio
quõ ſub oĩbus nos debem⁹ hũiliare.
Quantũ ad primũ notanda ſunt tria
Primo de antecedẽtibus pcti actualr
maliciã. Scdo de ĩpo peccato. Tertio
de conſequẽtibus malũ. De primo ad
uerte ꝙ primũ noſtrũ fundamentũ eſt
nichileitas ꝛ vanitas ex parte noſtra.
Quia ſicut corpus noſtrũ hꝫ patrez et
matrẽ:ſic et aĩa ſĩlr patrẽ et matrem
quodãmodo hꝫ. In aĩa eñ duo ſunt
vicꝫ ea que ſunt bona et ꝑfectionis:et
illa a ſolo deo patre emanauerunt.Et
ea que ſunt imperfectiõis:ꝛ illa a ma
tre noſtra que eſt nichileitas prouenĩ
unt. De vtroq; dicit Iohis.i. Oĩa per
ipſum facta ſunt:ꝛ ſine ipſo factũ ẽ ni
chil. Primũ eſt dei nõ noſtri/niſi ĩquã
tum deus dedit.ſm illud Iaco.i. Om
ne datũ optimũ/ꝛ omne donum perfe
ctũ/deſurſum eſt deſcendẽs a patre lu
minũ. Uolũtarie eñ genuit nos xbo
veritatis:vt ſimus initiũ aliqd creatu
re eius. Unde guil.pariſieñ.li.ſuo de
aĩa/ꝛ mag.li.de cauſis/ꝛ alb.ſup eod
probãt ĩmo demonſtrãt/ꝙ cũ deus ſit
ſolus vnus ꝛ vnicus fons eſſendi bo=
nitatis/ſcientie/potentie/ꝛ ſimiliũ ꝑ=
fectionum. ideirco nullibi alr's inueni
tur in quacunq; creatura eſſe bonum/
virtus/ſcientia ꝛ talia hmõi niſi a pri=

mo fonte habeat. Uñ dīc ſaluator. Ne
mo bonus niſi ſolus deus. Uñ creatu
re oēs ſunt ſolū canalia quedā/ p que
ad nos fluūt diuina dona. Exemplum
de vnico fonte mūdi exiſtente. nullus
tūc aquam haberet: niſi de iſto fonte.
Aliud exēpluz eſt de ſole qui eſt fons
luminis. Aer igitur nō illuminat: ſed
lumen defert. Aliud exemplū de vni-
co diuite/ oībus exiſtentibus miſeris:
pro tunc nullus diuitias haberet/ niſi
ab eo qui per nuncios dona dirigeret.
Unde apl's.i.thi.i. regi ſeculoꝝ īmor-
tali inuiſibili ſoli deo honor et gloria.
Exempluz ſimiliter de vnico ſapiente
potes applicare. Scdz vicz nichil eſt/
preciſe noſtrum cū oībus imperfectio
nibus nichilū ſequentibus. Et eſt ſm
Tho. primū fundamentū oīm noſtra
rum operationū ī quantū ſunt imper-
fecte ⁊ deficientes ⁊ mōſtruoſe. vt pro
bat dñs Alber. in li. ſuo de cauſis. hoc
pſ.38. Pſ vidit cū ait. Ego autē tanq̄ nichi
lum ante te. veruntamen vniuerſa vani
tas omnis homo viuēs. Hoc expert⁹
eſt ſapiētiſſimus Salomon: cui⁹ p̄mū
verbum li. Eccliaſt. eſt illud. Uanitas
vanitatū: ⁊ oīa vanitas/ ſupple ſunt.
Ecce mater. Sed quid de bonis a deo
ſenſerit: cōcludit in vltimo v̄bo eiuſdē
libri. finē loquendi oēs pariter audia
mus. Deū time: ⁊ mādata eius obſer
ua/ hoc eſt oīs homo. Cūcta que fiunt
adducet in iudiciuz pro oī errato/ ſiue
C bonū ſit/ ſiue malū. ¶ Ubi notanduz
q̄ vbicunq̄ nos inſpicim⁹ tūc reperi-
mus nos nichil eſſe. In nobis eñ quī
q̄ cōſiderare poſſum⁹/ vicz fieri/ eſſe/
cogitare/ velle/ ⁊ opari cum perficere.
Quoꝝ nullū eſt ex nobis inquantum
aliquid boni ibi eſt: ſed inquātū defe-
ctuoſi ibi aliquid eſt. De fieri p3 Ro.
viij. vanitati creatura ſubiecta eſt. Uñ
creare diffinit per aliq̄d de nichilo fa
cere. De ſcdo vicz eſſe. gal. vi. Qui ſe
exiſtimat aliq̄d eſſe/ cū nichil ſit: ipē ſe
ſeducit. Et ſm greg. Oīs creatura in
quolz inſtanti in nichilū decideret niſi
manu dei ſubſiſteret. Eſa. xl. Oēs gē-
tes quaſi non ſint: ſic ſunt corā deo/ et
quaſi nichilū ⁊ inane reputate ſunt ei.
De tertio vicz cogitare. ij. Corin. iij.
Non ſumus ſufficientes cogitare alī
quid a nobis/ q̄ſi ex nobis. De quarto
et quīto ſcz velle pficere. phil. ij. Deus
operatur in nobis velle ⁊ pficere. Eſa.
xxvi. oīa eñ opera noſtra: operat⁹ es
dñe. Et ſi velle habemus: tñ Ro. vij. di
citur. Uelle adiacet michi: pficere aūt
bonū non īuenio. De facere p3 Johis
xv. Sine me nichil poteſtis facere. Ex
quo p3 primo q̄ pro nichilo noſtri ſal
uamur. Pro nichilo ſaluos facies il-
los. Nec deſperare debemus. q2. ij. co pſ.55.
rinth. iij. fiduciā talē habem⁹ per xp̄m
ad deū/ nō q̄ ſufficientes ſumus cogī
tare aliquid a nobis quaſi ex nobis: ſ3
ſufficientia noſtra ex deo eſt. Et plena
eſt ſcriptura q̄ in deo ſpez ponamus.
vñ Oſee. xiij. Perditio tua iſrahel ex
te tñmodo in me auxiliū tuū. Ad idē
xp̄s Joh. xv. Ego ſum vitis vera: ⁊ pa
ter meus agricola eſt. Et poſt pauca
vos palmites: qui manet in me/ ⁊ ego
in eo: hic fert fructū multū. q2 ſine me
nichil poteſtis facere. Si q̄s in me nō
māſerit: mittetur foras ſicut palmes/
⁊ areſcet. Hec duo vicz cognitio ſui et
dei: ſunt cauſe vere deuotionis ſ3 tho.
Iterum vere hūilitatis. Hec quicunq̄
frequenter cogitaret de nichilo noſtrī
oīa vicia faciliter vitaret. Quid eñ ſu
perbiret: qui nichil habet/ niſi nichil?
quid auare cuperet/ cuius oīa bona
ſunt dei? quid voluptati operā daret:
qui ſe per peccata in nichiluz tendere
crederet? ſm Aug. quanto iraſceretur
qui deū iuſte permittere oīa credit/ et
ſe reum cognoſcit? Quid denīq̄ tor-
pebit: qui ſe oībus bonis priuatū cre-
dit? Sed notandū eſt q̄ valde modicū
pficit talia ſolo itellectu cognoſcere/
vicz impfectiones et mala noſtra: niſi
etiam voluntatē moueam⁹ ad ɔtēptū
noſtri: ⁊ ad deū pro gratia ⁊ adiutorio
recurramus cū gemitu/ ⁊ ad hūiliatio
nis ſigna ⁊ opera/ operā dem⁹. ¶ Se D
cundo hūiliari ⁊ ſcire debem⁹ q̄ tota-
liter ī pctō originali ī vt̄o aīati fuim⁹
et nati. Eſt aūt peccatum originale ea

rentia originalis iuſtitie cū debito ha
bendi eam/vel equiualens videlꝫ gra
tiam quo peccato originali ſic inficiꝫ
mur. Nā adam ⁊ eua in paradiſo po=
ſiti a deo receperunt donū originalis
iuſtitie pro ſe et ſuis poſteris iure he=
reditario/ſub tali pacto: vt ſi obedien
tes deo eſſent in ſuis mandatis: etiā
poſteri idē donū haberēt. Si nō tunc
ipſi et heredes dono originalis iuſti=
tie priuati eſſent ꝑpetuo: niſi dei fili⁹
recuperaret. Qua iuſtitia originali ꝑ
mi parentes ⁊ nos fuiſſemus immu=
nes a culpa/virtutibus decorati: deo
lete ſeruientes ſine fame ⁊ ſiti: et bru=
ta nobis obediſſent: nichil nobis no=
cuiſſent: ⁊ tandem ſine mortis pena:
in celū tranſlati fuiſſemus. Sed heu
hoc donū ipſi ꝑdiderunt prothoplaſti
et nos eoꝝ filij nati eodem dono care
mus. Et iccirco ſm aplm. Omnes na
ſcimur filij ire et miſerie: et ſic anima
mur nondū nati. Tertio humiliari de
bemus ꝓpter fomitem cōtractum ꝑ
originale peccatū: qui fomes eſt que=
dam adhuc relicta infectio/ oīa mem
bra corporis ⁊ anime inclinans ad vi
cia/⁊ a virtutibus retrahens. Non ta
men eſt fomes iſte peccatū: quia origi
nale peccatū per baptiſmi ſacramētū
xp̄i paſſione cooperante deletū eſt: ſꝫ
eſt quedam debilitas relicta in homi
ne: homine etiam iam ſanato: ſicut re
liquie febris/febre ceſſante manēt in
artubus ab expedito motu retrahen=
tes: ⁊ in inertiam quādam inclinātes
corpus ſanatū. Hoc chriſtus in ꝑabo
la tangit Luč.x. vbi dicit. Homo qui
dam deſcendebat ab hieruſalem ī hie
rico/id eſt de paradiſo in terrā tumē=
toꝝ: qui incidit in latrones/ id eſt ſua
ſum demonū: qui ſpoliauerūt eū /ſup
ple gratuitis videlicet iuſtitia origina
li que quattuor anime potentias per
fecit/voluntatem iuſtitia: intellectum
prudentia: iraſcibilem fortitudo: et cō
cupiſcibilem temperantia: et plagis ī
poſitis/ſupple naturalib⁹ donis vul=
nerati/abierūt ſemiuiuo relicto. Vbi
ſm Bedam et Tho. ꝑma ſcđe. queſti.

lxxxv. quattuor principalia vulnera
quelibet aīa in originali peccato mō
cōtrahit/ſcꝫ malicià in volūtate: igno
rantiam in intellectu: infirmitatem ī
iraſcibili: ⁊ intemperantiam in cōcu=
piſcibili. Per iuſtitiam eñ originalē
ꝑfecte rō inferiores aīe vires contine
bat: et ipā rō a deo perficiebat ei ſub=
iecta. Hec aūt originalis iuſtitia ſub=
tracta eſt ꝑ peccatū ꝑmi homīs. Pri
mo ſibi: deinde oībus ade filijs. Et iō
oēs vires aīe manent quodāmō ꝓꝓo
ordine deſtitute: quo ordinant natu=
ralit ad virtutes prefatas ⁊ ad alias:
ipſa aūt deſtitutio nature/ vulneratio
dicit. ¶ De ſcđo videlꝫ de ipō pctō ī
ſe ⁊ in ꝓpinquis effectibus: ſciendū
ꝑmo ꝙ peccare vl' pctm̄ habere: eſt de
ſe malum ⁊ turpe: ⁊ ideo a rōne recta
nullo modo eligibile. Velle eñ pecca
re ſm anſel. cur deus homo/ eſt infini
te fugibile cuilꝫ creature rōnali: ſꝫ ad
hunc ſenſum: quia infinitum malum
ꝓ quātiſcūqꝫ bonis cōſequendis/ vel
malis effugiendis: nunꝙ debet eligi/
vel acceptari/nec rōnabiliter pōt fie=
ri/vel cōmitti. Tam īmenſa aūt fugi=
bilitas peccati ſurgit ex eo: tum quia
malum de ſe: tum ex īmenſa inhonori
bilitate dei/et pre oībus rebus hono=
randi: tum etiā ex indiſpenſabili debi
to nr̄o ⁊ obligatōne ad ei⁹ honorem.
Peccatū ſiqđem eſt dei inhonoratio.
Et reſpectu talis infinite fugibilitat
oīa pctā ſunt eque fugibilia: nō tamē
oīa pctā ſūt eq̄ mala ſeu ꝑuia: qꝛ mor
tale eſt grauius veniali. Malicia eñ
pcti attendit penes habitū intenſiorē
volūtatis ⁊ cōtēptus / delectationēqꝫ
vel difficultatē/⁊ laborem quē habe=
mus in opibus/quib⁹ deus inhonora
tur. Quia ſꝫ hec ſpoliamur donis: af
fligimur penis: et in naturalibus vul
neramur et ledimur. Secundo mali=
cia peccati patet ex eo ꝙ illud deus ſa
pientiſſimus maxime odit: immo nec
diabolum nec peccatorem odit: niſi ꝓ
pter peccatū. Vñ ſapieñ.i. nichil odi=
ſti eoꝝ que feciſti. Et qđ ampli⁹ eſt: de
us nullū tam bonū habet amicū / qui

ſi peccet:efficitur ſibi ad mortẽ inimi=
cus.vt pʒ de angelis peccãtibus.q̃ in
naturalibus erant pulcherrima pars
mundi.Et in petro eũ negante. Et qđ
maximũ videtur:vt peccatũ occidere=
tur/deus filiũ ſuum voluit occidi.eſa.
liij.propter ſcelus populi mei ego per
cuſſi eũ.Deũ igitur pctm̃ quaſi iratũ
conſtituit ⁊ furibundũ.ſm illud Pſ.
pſ.6. Dñe ne in furore tuo arguas me.Ter
tio patʒ peccati malicia in eo ꝙ nichil
põt nocere hoĩ niſi peccatũ.ſʒ illđ qđ
canit eccle. Nulla nocebit adũſitas:
ſi nulla dñetur ĩiquitas.Ro.viij.Sci=
mus quoniã diligentibus deũ:omnia
cooperantur in bonũ. Diabolus enĩʒ
ſi non peccamus:temptãdo nobis(ſʒ
Bern̄)coronas eternas fabricat.hõ ĩi
micus perſequẽdo/nos purgat:⁊ ad=
F uerſa cũcta virtutibꝰ roborat. ¶ De
tertio videlʒ de nocumẽtis ⁊ effectibꝰ
peccati:notandũ ꝙ.xij.mala ĩfert que
mala deus ex magna bonitate ⁊ cari=
tate erga nos ordiauit:vtviſis tot ma
lis ad eum redeamus.Exẽpli gratia.
Iſte pater maxime cõuinceretur filiũ
diligere qui ꝓcuraret vt ab eo fugien
tem filiũ nullꝰ bene ſed quilʒ male tra
ctaret/ad finẽ illum vt ad patrẽ redi=
ret.Primũ malũ eſt ꝙ aĩa prius pul=
cherrima oĩm creaturarũ infra ange=
lum:maculas tot per peccatũ cõtrahit
quot peccata cõmittit vt declaraẽ ſm
Tho.i.ij.q.lxxxvi. Sicut eñ in corpo
ralibus macula diciẽ/qñ aliquod cor
pus nitidũ vel pulchrũ ꝑdit nitorẽ ex
cõtactu alterius corporis.ſicutveſtis/
aurum/argentũ/⁊ ſimilia:ſic in ſpũa=
libus etiã fit macula.qr aĩa duplicem
nitorẽ hʒ.Unũ ex refulgẽtia luminis
naturalis rõnis/ per quã dirigitur in
ſuis actibus.Aliũ ex refulgẽtia diui=
ni luminis ſcʒ ſapiẽtie ⁊ gratie: ꝑ quã
homo perficiẽ ad bene ⁊ decẽter agen
dum.Eſt autẽ quidã cõtactus ĩherere
aliquibus rebus per amorẽ. Cũ igiẽ
homo peccat inheret aliquibus rebꝰ
contra lumẽ rõnis ⁊ diuine legis. Uñ
ipſum detrimentũ nitoris ex tali cõta
ctu proueniẽs:macula aĩe metapho
rice dicitur.Unde etiã de ſalomone di
citur.Dediſti maculã in gloriã tuã. et
Ephe.v.Uiri diligite vxores veſtras.
ſicut chriſtus dilexit eccleſiã/⁊ ſemet=
ipſum tradidit pro ea/vt illã ſanctifi=
caret/mundans eam lauacro aque in
verbo vite:vt exhiberet ſibi glorioſam
eccleſiam:non habẽtem maculã neqʒ
rugã.Sunt aũt triplices macule pec=
cata concomitãtes.⁊ quelʒ iſtaꝝ mul=
tiplex.Prima macula eſt priuatio ni
toris anime.Scđa diſpoſitiõis relicte
per peccata.Tertia vero eſt conſuetu=
do peccandi ĩducta. ¶ Secundũ ma G
lum peccati eſt ꝙ tollit vitã anime/ſcʒ
deũ ⁊ gratiã.⁊ denudat veſtibus virtu
tũ infuſaꝝ/ſcʒ ſeptẽ donis ſpirituſſan
cti.tribus virtutibꝰ theologicis:⁊ in=
fuſis/cardinalibus ⁊ moralibus.cara
cteres anime vacuos facit:⁊ virtutuʒ
acquiſitarũ habitus palliat.Uñ apoc.
xvi.Beatꝰ qui cuſtodit veſtimẽta ſua/
ne nudus ambulet.Math.xxij.de ve=
ſte nuptiali ibidẽ.Tertius effectꝰ pctĩ
eſt ꝙ reatum quis incurrit/id eſt obli=
gationẽ ad penã.Una eſt eſſentialiter
peccatũ ſeqñẽs videlʒ remorſus con=
ſcientie hic/vel in morte/⁊ poſtea. De
qua aug.i.cõfeſſi. Iuſſiſti dñe/⁊ ita fa
ctum eſt:vt pena ſit ſibi oĩs animꝰ ĩor
dinatus.Et iterũ verte ⁊ reuerte om=
nia in latus ⁊ in tergũ:⁊ omnia ĩquie=
tudo:tu ſolus requies. Alia pena eſt:
aut eterna ĩ ĩferno.aut purgatorij pe
na acerbiſſima.aut hic penitẽs vita ꝑ
opera dura. Et ſic ſunt quadruplices
pene ⁊ carceres in quibus peccatũ pu
nitur.videlʒ conſciẽtia/mũdus/ infer
nus/⁊ purgatoriũ. Nam ſʒ pbʒ culpe
reordinantur per penas.Quartꝰ effe
ctus eſt ꝙ peccata minuũt inclinatio=
nem ad virtutes/⁊ prõptificãt ad vicia
ſimilia ⁊ alia.Et quattuor vulnera aĩe
per originale peccatũ contracta/ am=
pliat ⁊ dilatat actuale peccatũ inquã=
tum videlʒ ratio per peccatũ ebetatur
precipue in agẽdis/⁊ voluñtas indura
tur ad bonũ:⁊ difficultas bene agẽdi
accreſcit quo ad iraſcibilẽ/⁊ concupi=
ſcentia magis exardeſcit in ꝯcupiſci=

billi. Unde ſm Grego. peccatū quod p
penitentiā non diluitur: mox ſuo pon
dere in aliud trahit. Exemplū in Da=
uid/qui viſu primo peccauit. ſcdo vo=
luntate. tertio opere adulteriū ppetra
uit. quarto homicidiū cōmittendo. et
poſt illud diuerſis modis palliādo. ij.
Reg. xi. Similiter de fratrib9 Joſeph
geñ. xxxvij. Sicut eñi auis alis aggra
uatis per lapidē vel aliud/cōtinue ad
ima deſcendit/ꝛ debilitatur: ſic ꝛ aīa
peccato grauata. Quintus effect9 pec
cati eſt ꝙ alia dimiſſa redire facit/tali
ter ꝙ propter ingratitudinem ſemp ſe
quēs peccatū grauı9 eſt. vt pȝ Math.
xviij. In ſeruo cui debitū dimiſſum re
uocatum eſt: nō ītelligas ꝙ eadē nūe=
ro peccata redeant/ſed ſpecie. vt dictū
h eſt. ¶ Sextus effectus eſt ꝙ facit ſer
uum diaboli/cuius mancipiū eſt qðlȝ
peccatū. vñ Joh. viij. oīs qui facit pec
catum: ſeru9 eſt pcti. Et ſic tollit liber=
tatē qua filij dei ſumus. ſm illud Joh.
i. Dedit eis poteſtateȝ filios dei fieri.
Nā ſm verba chriſti Joh. viij. cū fili=
us nos liberauerit/id eſt liberauit: ve
1. cor. 6 re liberi ſumus. qꝛ ſm aplꝫ. Empti ſu
mus precio magno. Et. ij. pe. ij. A quo
quis ſuperatus eſt: eius ſeruus eſt. ſȝ
a demone vincimur per peccatū ergo
ꝛc̄. Septimus effectus eſt ꝙ peccatuȝ
facienti maxima gaudia aufert ꝛ pre=
mia/videlȝ celum ꝛ beatitudinē ange
lorum ꝛ ſanctoꝝ ſocietatem/ꝛ ſimilia.
vñ Math. xxv. Uenite benedicti pr̄is
mei: poſſidete paratū vobis regnum a
conſtitutione mūdi. Et econuerſo. Di
ſcedite a me maledicti in ignē eternū:
qui paratus eſt diabolo ꝛ angelis ei9.
Quare qꝛ dimiſerūt bona facere vt pȝ
ibidē. Quid ergo de malefacientibus
I erit? ¶ Octauus effect9 eſt ꝙ p pec
catum/meritū ꝛ augmentū futuroꝝ
bonoꝝ minuitur. qꝛ in eo ꝙ venialiter
vl' mortalit peccam9: nichil meremur
ſed demeremur penas. Non9 effect9
ꝙ nocet corpori. qꝛ propter pctā mul=
ti corporaliter infirmant. i. Cor. xi. idō
inter vos multi īfirmi ꝛ imbecilles/et
dormiūt multi. qꝛ ſcȝ irreuerēter cōica
bant. ꝛ Joh. v. dicit īfirmo. xxxviij. an
nis iacenti: ꝛ circa piſcinā curato. Ec=
ce ſanus factus es: iā noli peccare ne
aliquid tibi deterius cōtingat videlicȝ
in ſignū ꝙ infirmus fact9 fuit propter
peccatū. Uñ ex̄ de peniten. ꝛ remiſſi.
dicit. diſtricte pcipimus medicis cor=
porum: vt cū eos ad īfirmos vocari cō
tigerit: ipſos ante oīa moneāt et indu
cant/vt medicos aduocēt aīarum. vt
poſtq̄ fuerit īfirmo de ſpūali ſalute ꝓ
uiſum ad corporis medicine remediū
ſalubrius procedat. vt cauſa ceſſante
ceſſet effectus. vbi dicit glo. Hoſtieñ.
Ex quo dicit precipimus neceſſitateȝ
importat. ꝛ trāſgreſſor peccat morta=
liter. Decimus eſt ꝙ eccleſiam ſuffra=
gijs ſpoliat q̄ faceret īterim ꝙ peccat
ꝛ aīas ſimilr/ ꝛ peccantē priuat bono
opere. Oēs eñi aīe hic et in purgato=
rio cū pſal. orare debēt: dicente. Par ps. 118.
ticipem me fac deus oīm timentiū te:
ꝛ cuſtodientiū mandata tua. Undeci=
mus. peccatū beſtijs aſſimilat. qꝛ Ps ps. 48.
Homo cū in honore eſſet: nō ītellexit/
comparat9 eſt iumētis inſipiētib9 ꝛc̄.
Peccator eñi ratione nō recte vtitur/
diſcerete bonū eligendo. Ad terrā īcli
natur/terrena amando. ad celū nō eri
gitur/diuina cōtemplādo. impetu ire
fertur/ꝛ carnali concupiſcētia. Duo=
decimus. animā quā deus creauit/et
dotauit pulcherrime: ꝛ ſaniſſimā fecit
atq3 poſt angelū omniū creaturarum
perfectiſſimā: peccatū deturpat/infir=
mat/et in piculoſiſſimo ſtatu oīquaq3
ponit. Unde aīa peccatrix depingi ꝛ
imaginari pōt/velut virgo vel femina
que eſt īflata per ſuperbiā. vulnerata
per auariciā. idropica p luxuriā. feti=
da per gulā. febricitās per iram. into=
xicata per inuidiā. oībus membris cō
fracta per accidiā. Hec ceca eſt p igno
rantiā. ſurda per indeuotionē. muta p
recte locutionis carentiā. nuda p vir=
tutum carētiā. Hec ſedet ſuper vacuo
ꝛ nichilo. in cuius dorſo fert corp9 qð
corrūpitur/ꝛ eaȝ aggrauat. Sub eius
pedibus infernus/in quē pōt cadere:
quā circūdant hoſtes inumerabiles.

Intus vicia ⁊ cõcupiſcentie.extra de=
monia:⁊ circunquaqꝫ mũdus. Que vi
dens apl̃us ad Ro.vij.exclamauit di
cens. Infelix ego homo:quis me libe
rabit de corpore mortis huius? gratia
k dei p ieſuꝫ xp̄m dñm noſtrũ. ¶ Quo
ad ſecundũ cur tã difficile ſit ad humi
litatẽ puenire/cũ tñ tota noſtra natu=
ra ad illud iclinare videatur? De quo
vẽturin⁹ in tractatu de hũilitate:tres
cauſas aſſignat. Primo illd cõtingit
ex propria arduitate.q2 virtus quan=
tomagis eſt ardua et perfecta: tanto
ceteris paribus eſt inacceſſibilior no=
ſtris viribus.⁊ tanto opꝫ cũ maiori co
natu aſſurgere ad eã. Scdo ex forti ĩ=
pulſu/et multa appetibilitate ſui con=
trarij/vehemẽter cõradicata in natura
rationali:que non eſt plena:ſed vacua
deo.⁊ per ꝯñs eſt inflata/⁊ plena ven=
toſa eſtimatiõe ſuiipſius. Altitudo eñ
poteſtatis ⁊ preſidẽtie/⁊ ſingularis p̄
cellẽtie/et nulli ſubeſſe/nulliuſqꝫ legi
bus coartari:ſed in oĩbus ꝓpriã volũ
tatem ſequi.hec ſe exhibẽt menti tali.
vt q̃dã diuinũ eſſe/⁊ poſſe. et vt q̃dã
quaſi gloria dei. Et idõ eſt difficillimũ
radices ſupbie in tali medullitus im=
bibitas a ſe eradicare. Tertio ex eo ꝙ
contemptus ſui prefert quandã ima=
ginem ineffabilis mortis/ãnichilatio
nis/⁊ ãnullatiõis. Et ideo grandẽ ſui
contemptũ horret homo ſicut ſui ãni=
chilationẽ. Tantũ eñ ſe ſentit hõ eſſe
⁊ viuere in cordibus aliorũ quantum
ſentit ſe appreciari ab eis. Et ſimiliter
tantũ ſe ſentit homo viuere ſibi:quan=
tum ſibi occurrit vt glorioſus/⁊ vt res
magna ⁊ alicuius valoris. Quãtũ au
tem huiuſmõi appreciatio ⁊ fama tol=
litur aut minuitur/⁊ a quot cordibus:
tantũ ⁊ a tot cordibus ſentit ſe homo
mori ⁊ ãnichilari. Contẽptus etiã ad=
dit vltra hoc cõſenſum cõculcationis
⁊ deiectiõis/⁊ tanꝙ abhomiabilis.et
hoc eſt quodãmõ peius eſſe ꝙ̃ nichil.
Hec eſt cauſa tãte difficultatꝫ ad tole=
randũ ⁊ amandũ grandẽ cõtemptum
ſui/vł ĩfamiã. Et ideo pfecta humilia
tio eſt ſũmũ gen⁹ martyrij ⁊ holocau=
ſtum apud deũ ¶ Quo ad tertiũ du= x
bitatur quot mõis hõ veracit̃ ſe poſſit
reputare oĩbus hoĩb⁹ ĩferiorẽ ⁊ vilio=
rem? Rñ.ibidẽ ꝙ q̃ntupl̃r. Primo cõpa
rãdo id qd̃ eſt tibi ꝓpriũ ad alia ſm ꝙ
ſunt opa dei. Tibi eñ ꝓpriũ eſt eſſe de
nichilo:⁊ tendere in nichilũ quantũ in
te eſt.et ea ſunt tibi ꝓpria de q̃bus di=
ctum eſt circa principiũ hui⁹ capituli.
Ea eñ q̃ habẽt rationẽ ẽtis ⁊ boni ſũt
a deo/⁊ ab ipõ deo participãtia. Si er
go hoc mõ cõparas te illis:inuenies te
in infinitũ viliorẽ illis. Hãc viã docet
Anſel. Scdam viã ponit aug.ſup epi=
ſtola phil.ij. ſupiores inuicẽ arbitran
tes. Dicit eñ nõ hoc debemus eſtima
re:vt eſtimare fingam⁹.ſꝫ vere eſtime=
mus poſſe aliqd occultũ eſſe in alio/ q̃
nobis ſupior ſit:⁊ ſi bonũ noſtrũ/ quo
ipſo videmur ſupiores:nõ ſit occultũ.
Dicit eñ Ambro.li. de virginitate.ꝙ
q̃dã plerunqꝫ hñt multa bona ex̃iora
ſꝫ ĩtus minora. Quidã vero hñt pau=
ca exterius:ſed habent multa occulta
interius/q̃ p̄ualent oĩbus iſtis. vtpote
aliqs cõiugatus hꝫ habitũ martyrij/⁊
virtutẽ ſufficientẽ ad ſufferendũ mar
tyriũ/quã aliq̃ virgo aliq̃ non hꝫ:aut
nõ tantũ quantũ alius. ideo Greg. ſup
illud Iob. ſi ſimplex fuero:hoc ipſum
ignorabit aĩa mea: dicit. Semp min⁹
dꝫ homo eſtimare bona ſua ꝙ̃ bona al
terius. Tertio fit hoc per fortẽ affectũ
⁊ guſtum ſuoꝝ defectuũ. Sicut eñ pa
tiens dolorẽ dẽtiũ eſtimat ſe pre aliis
pati. nõ ꝙ per rationẽ videat dolorem
ſuũ eſſe maiorẽ. ſed quia ĩtimi⁹ ⁊ for=
tius dolorẽ ſuũ ſentit ꝙ̃ aliorũ:ſic etiã
in propoſito debet eſſe. Hoc mõ Pau
lus doctor gentiũ et vas electionis.i.
thi.pmo.dicit ſe pmũ et maximũ oĩm
peccatorũ. Quarto põt fieri cõparãdo
illd quod tu reddis deo reſpectu gra=
tiarum quas deus tibi fecit ad illd qd
alter reddit reſpectu eorũ que a deo re
cepit/aut ad illud q̃ redderet: ſi tanta
et talia ſicꝫ tuipſe a deo recepiſſet. Hoc
modo beatus Franciſ. dicebat ſe ma=
ximum peccatorẽ oĩꝫ. q2 eſtimabat nõ
eſſe ribaldum/ q̃ non eſſꝫ gratior deo:

ſi tanta beneficia gratiarū a deo acce=
piſſet ſicut ipſe acceperat. Quīto mō
fit ex conſideratiōe diuinorū iudicioꝝ
ꝛ noſtre variabilitatis.qꝛ ſm Grego.
xxv.moꝛa.ſup illud Job.xxxiiij.Cōte=
ret mltos ꝛ īnumerabiles/ ꝛ alios ſta
re faciet pro eis.Sepe cōtingit/vt qui
vidētur ſtare humano iudicio: iam in
conſpectu diuini iudicij iaceant.ꝛ qui
hic coꝛam hoībus iacēt: iā in conſpe=
ctu diuini iudicij ſtent. Et exēplificat
de iuda ꝛ ei⁹ apl̄atu.ꝛ de latrone ī cru
ce ꝛ adducit illō apoc̄.iij.Tene qd̄ ha
bes:vt nemo accipiat coronaꝫ tuā.Et
illud.i.coꝛ.x.qui ſe exiſtimat ſtare/vi
deat ne cadat. Et qꝛ foꝛtaſſe illi quos
deſpicimus/tandem poſſunt incipere
et vitā noſtram feruētioꝛibus ſtudijs
pꝛeire.vt ibi etiam tangit.

¶ Capitulū tertiū. De ignoꝛātia
qū excuſat/ꝛ quotuplex ignoꝛātia.

Ecūdū pꝛincipale de
ignoꝛantia declaran
dum fuit qū ignoꝛan
